SELECTA

EPIGRAMMATA GRAECA LATINE

uersa, ex septem Epigrammatum Græcorum libris.

Accesserunt omnibus omnium prioribus editionibus ac uersionibus plus quàm quingenta Epigrammata, recens uersa, ab Andrea Alciato, Ottomaro Luscinio, ac [illegible] ri[illegible]ca- uier[illegible].

~~BASILEAE~~ EX AEDIBVS ~~IO. BEBELII~~ MENSE AVG. M. D. XXIX.

ILLVSTRISSIMO PRINCIpi,ac domino, D. MAGNO Megalopyrgensiũ Duci, Vandalorum Principi, Comiti ac Episcopo Suerinensi, Rostochij, ac Stargardiæ Domino, domino suo clementi ~~Ianus Cornarius~~ Zuiccauiensis S. D.

INTER omnia scriptorũ genera, nullum est quod magis ingenia probet, ac exerceat, quàm carmẽ, maxime quod peculiariter Epigrãma adpellatur. Nã nisi quadam arguta festiuitate lectorem detineat, felleq; subinde ac melle, & sale aliquãdo uberius aspersum irritet, modoq; ungat, modò pungat, non est quod magnopere iuuet, quũ aliâs sibi propria breuitate nullas longiores narrationes queat cõprehendere, quibus queat legentis animum sibi conciliare, fitq; propterea, ut quæ eiusmodi nõ sint, etiam uulgo contemnantur, ac fatuis mariscis à Valerio Martiali, apud Latinos in hoc genere Principe, comparentur, qui mauult Chiam, quæ aliquo modo pungat gustare ficum. Quare quũ infelicitatẽ ingenij mei in his sæpe sim expertus, nunquam in animũ induxi, mea talia esse quæ lucem ferre queant, etiamsi tu Illustris Princeps Magne, nostras sæpe uisus es, esse aliquid putare nugas, ut uel benignißimi ingen[illegible]

EX TERTIO.

EX QVARTO.

EX QVINTO.

EX SEXTO.

EX SEPTIMO.

SELECTA GRAECA EPIGRAMMATA LATINE VERSA, EX LIBRO PRIMO.

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΤΕΣΣΑΡΑΣ ΑΓΩΝΑΣ.

Ἀρχίου.

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί,
οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων
ζηνὸς, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο.
ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

RAPH. VOLATER.

Græcia concelebrat duo bis certamina sacra,
Quorum hominum duo sunt, cætera cœlicolum.
Sacra Iouis, Phœbiq́;, Palæmonis, Archemoriq́;,
Dona oleaster erunt, mala, selina, pinus.

IO. BAP. PIVS.

Quatuor insignis certamina conficit Hellas.
Sunt duo quippe hominum, sunt superûmq́; duo.
Archemori, Iouis & Phœbi, atq; Palæmonis, ipsa
Pinus, oliuaster præmia, poma, apium.

ALCIATVS.

Sacra per Argiuas certamina quatuor urbeis
Sunt, duo facta uiris, & duo cœlitibus.
Vt Iouis, & Phœbi, Melicertæq́;, Archemoriq́;,
Præmia oliuaster, poma, apium, picea.

D. Victor olympiacis oleam reportabat Agoni,
de Pythicis Phoebus munera poma dedit.
Isthmiaca pinu dabat Inous Melicerta, Tu Apium donas Archemore in Nemea.

POLITIANVS.

Ζηνὸς ὀλύμπια νικῶντες φέρον ἄγριέλαιαν,
Μῆλα δ᾽ ἀπόλλωνος πυθικὸς ἦγεν ἀγών.
Ἰσθμιακὴν δὲ πίτυν πόρεν Ἰνῶος μελικέρτας.
σὺ δ᾽ ἦ σέλιν᾽ ἐτίθεις ἀρχέμορε ἐν νεμέᾳ.

Εἰς Ἡρακλῆν καὶ Ἀνταῖον.
Διοτίμου.

Τὰν ἥβαν ἐς ἄεθλα πάλας ἤσκησε κραταιὰς
ἅδε ποσειδῶνος, καὶ Διὸς ἁ γενεά.
Κεῖται δ᾽ ἐσ φιν ἀγὼν οὐ χαλκέου ἀντὶ λέβητος,
Ἀλλ᾽ ὅς εἰς ζωὰν οἴσεται, ἢ θάνατον.
Ἀνταίου τὸ πτῶμα. πρέπει δ᾽ ἡρακλέα νικᾶν
Τὸν Διός. ἀργείων ἁ πάλα, οὐ λιβύων.

POLITIANVS.

Incaluere animis dura certare palæstra
Neptuni quondam filius atque Iouis.
Nec certamen erant operoso ex ære lebetes,
Sed quod uel uitam, uel ferat interitum.
Occidit Antæus, Ioue natum uincere fas est,
Estq; magistra pales Græcia, non Libya.

ALCIATVS.

Conseruere manus ualidæ in certamina luctæ
Neptuni soboles stirpsq; superba Iouis.
Præmia non illis lucenti ex ære lebetes,
Dicta sed alterutri uitá ue mors'ue fuit.

Occidit

Occidit Antæus, decuit uictoria Graium,
Græcia enim luctæ non Libya autor erat.

Εἰς Ἀρίαν. Ἀντιπάτρου.

Ὁ σταδιεὺς Ἀρίης ὁ Μενεκλέος, οὐ κατελέγχει
Περσέα σὸν κτίστην Ταρσὲ Κίλισσα πόλι.
Τοῖοι γὰρ παιδὸς πτηνοὶ πόδες, οὐδ᾽ ἂν ἐκείνῳ
Οὐδ᾽ αὐτὸς Περσεὺς νῶτον ἔδειξε θεῶν.
Ἢ γὰρ ἐφ᾽ ὑσπλήγγων, ἢ τέρματος εἶδέ τις ἄκρου
ἠΐθεον, μέσσῳ δ᾽ οὔποτ᾽ ἐνὶ σταδίῳ.

ALCIATVS.

Ecce Meneclides Arias ut Persea cursor
Indicet autorem Tarse Cilissa tuum.
Qui tales summis habet in plantaribus alas,
Vt sua nec Perseus huic dare terga queat.
Ergo in carceribus poteris uel cernere metis
Currentem, medio non poteris stadio.

~~IANVS CORNARIVS.~~

Ecce Menecliden Arian, qui Persea cursu
Autorem uincat Tarse Cilissa tuum.
Alatus uolat, an tu Persea posse putabis
Terga sua ante illum ut conspicienda ferat?
Carcere, suprema aut licet hunc tibi cernere meta
Currentem, medio non uideas stadio.

Σιμωνίδου.

Ἴσθμια, καὶ Πυθοῖ Διοφῶν ὁ Φίλωνος ἐνίκα,
ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

ALCIATVS.

Isthmia Philonis, Diophon, & Pythia uicit,
Et cursu, & iaculo, & saltibus, orbe, pale.

ΕΙΣ ΑΜΠΕΛΟΝ.

Φιλίππου.

Τίς σε πάγος δυσέρημος, ἀνήλιος ἐξέθρεψεν,
ἢ βορέου σκυθίης, ἄμπελον ἀγριάδα,
ἢ κελτῶν νιφοβλῆτις ἀεὶ κρυμώδεες ἄλπεις,
τῆς τε σιδηροτόκου βῶλος ἰβηριάδος;
ἢ τοὺς ὀμφακοπᾶγας ἐγείναο τοὺς ἀπεπάνθους
βότρυας, οἳ στυφελὴν ἐξέχεον σταγόνα.
δίζημαι Λυκόοργε τεὰς χέρας, ὡς ἀπὸ ῥίζης
κλήματος ὠμοτόκου βλαστὸν ὅλον θερίσῃς.

IO. BAP. PIVS.

Agrestem uitem te nunquid inhospita Phœbo
Saxa aluere? Scythas propter Hyperboreos.
Celtarum gelidæ'ne alpes, tumuliq; niuales?
An tellus ferri mater Ibera trucis?
Immatura acinis, tristi fœcunda racemo,
Nil nisi duritiem, nil nisi uirus habes.
Quæro Lycurge tuas falces, radicitus omnis
Turpis ut ancipiti pampinus ære cadat.

ΕΙΣ ΑΝΑΠΗΡΟΥΣ.

Φιλίππου. οἱ δὲ Ισιδώρου.

Πηρὸς ὁ μὲν γυίοις, ὁ δ' ἄρ' ὄμμασιν, ἀμφότεροι δὲ,
Εἰς αὐτοὺς τῆς τύχης ἔνδεες ἠράνισαν.

τυφλὸς

Τυφλὸς δὲ λιπόγυιον ἐπωμάδιον βάρος αἴρων.
Ταῖς κείνου φωναῖς ἀτραπὸν ὀρθοβατεῖ.
πάντα δὲ ταῦτ' ἐδίδαξε πικρὴ πάντολμος ἀνάγκη
Ἀλλήλοις μερίσαι τοὐλλιπὲς εἰς ἔλεον.

Λεωνίδου.

Τυφλὸς ἀλητεύων χωλὸν πόδας ἤερταζεν,
ὄμμασιν ἀλλοτρίοις ἀντερανιζόμενος.
ἄμφω δ' ἡμιτελεῖς πρὸς ἑνὸς φύσιν ἡρμόσθησαν
τοὐλλιπὲς ἀλλήλοις ἀντιπαρασχόμενοι.

Πλάτωνος νεωτέρου.

Ἀνέρα τὶς λιπόγυιον ὑπὲρ νώτοιο λιπαυγὴς
ἦγε, πόδας χρήσας, ὄμματα χρησάμενος.

Ἀντιφίλου.

Ἄμφω μὲν πηροί, καὶ ἀλήμονες. ἀλλ' ὁ μὲν, ὄψεις,
ὃς δὲ, βάσεις. ἄλλου δ' ἄλλος ὑπηρεσίη.
Τυφλὸς γὰρ χωλοῖο κατωμάδιον βάρος ἄρας,
Ἀτραπὸν ὀθνείοις ὄμμασιν ἀκροβατεῖ.
ἡ μία δ' ἀμφοτέροις ἤρκει φύσις. ἐν γὰρ ἑκάστῳ
τοὐλλιπὲς, ἀλλήλοις εἰς ὅλον ἠράνισαν.

AVSONIVS.

Insidens cæco graditur pede claudus utroq;,
Quo caret alteruter sumit ab alterutro.
Cæcus nanq; pedes claudo gressumq; ministrat,
At claudus cæco lumina pro pedibus.

IDEM.

Ambulat insidens cæco pede captus utroq;,

Atque alterna ſubit munia debilitas.
Nam cæcus claudo pede commodat, ille uiciſsim,
Mutua dat cæco lumina pro pedibus.

POLITIANVS.

Τυφλὸς ἄπους τ᾽ ἤτην ἀλλήλοισιν θεράποντες,
Τυφλὸς ὁδηγεῖτο, νωτοφορεῖτο δ᾽ ἄπους.

MORVS.

Claudipedem geſtat cæcus uicinus ocellis,
Conducitq́; oculos arte, locatq́; pedes.

IDEM.

Cæcus claudipedem geſtat, prudenter uterq́;
Rem gerit, atque oculos hic locat, ille pedes.

IDEM.

Cæcus fert claudum, atque opera conducit eadem,
Iſtius ille oculos, iſtius ille pedes.

IDEM.

Claudum cæcus onus graue, ſed tamen utile uectat.
Proſpicit atque oculis, huic regit ille pedes.

IDEM.

Triſtis erat nimium miſeris fortuna duobus,
Huic oculos, illi dempſit iniqua pedes.
Sors illos copulat ſimilis, claudum uehit alter,
Sic ſua cõmuni damna leuant opera.
Hic pedibus quauis alienis ambulat, itur
Huic recta alterius ſemita luminibus.

IDEM.

Vtilius nihil eſſe poteſt, quàm fidus amicus,
Qui tua damna ſuo leniat officio.

Fœdera

Fœdera contraxêre simul mendicus uterq;
Cum claudo solidæ cæcus amicitiæ.
Claudo cæcus ait, collo gestabere nostro,
Rettulit hic, oculis cæce regêre meis.
Alta superborum fugitat penetralia regum,
Inq; casa concors paupere regnat, amor.

IDEM.

Cum claudo cæcus sic lege paciscitur æqua, ut
Hic ferat illum humeris, hunc regat ille oculis.

ALCIATVS.

Loripedem sublatum humeris fert lumine captus,
Et socij hæc oculis munera retribuit.
Quo caret alteruter, concors sic præstat uterq;,
Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.

LVSCINIVS.

Coniunxit fortuna duos feliciter orbos
Quondam, alter cæcus, claudus at alter erat.
Illius hic humeris fertur, res mira, uicißim
Voce regens greßus, latiuagosq; pedes.
Durior en ferro quid non molitur egestas
Mutui & in socijs hic amor officij.

ΕΙΣ ΑΝΔΡΕΙΑΝ ΚΑΙ ΑΝΔΡΕΙΟΥΣ.

Εἰς λάκαιναν. Ἄδηλον.

γυμνὸν ἰδοῦσα λάκαινα παλίντροπον ἐκ πολέμοιο
παῖδ' ἑὸν ἐς πάτραν ὠκὺ ἱέντα πόδα,
αὐτίκ' ἀίξασα, δι' ἥπατος ἤλασε λόγχην,

ἄῤῥενα ῥήξαμένη φθόγγον ἐπικταμένῳ.
Ἀλλότριον σπάρτας εἶπεν γένος. ἔῤῥε πρὸς ᾅδαν,
ἔῤῥ', ἐπεὶ ἐψεύσω πατρίδα, καὶ γενέταν.

MORVS.

In patriam amißis celeri pede dum redit armis,
Conspiciens gnatum sæua Lacæna suum,
Obuia sublata corpus transuerberat hasta,
Hæc super occisum mascula uerba loquens:
Degener ô Spartes genus, ito in tartara tandem,
Ito, degeneras, & patria, & genere.

LILIVS.

Quum nudum è bello gnatum remeare Lacæna
Vidit, & in patrios accelerare lares,
Insultans contrà, pectus traiecerat hasta,
Horrida in extinctum uoce uirago furens.
Spartanam quando es patriam mentitus, auosq́;
Ad manes tandem degener, inquit, abi.

C. VRS. VELIVS.

In patriam amißis refugum uelociter armis
Vt uidit natum fortè Lacæna suum,
Obuia transadigens librato uiscera ferro,
Arguit horrenda hac uoce uel exanimem:
Degener ô Spartes soboles, hinc te aufer ad umbras,
Aufer, nec patre hoc edite, nec patria.

MARVLLVS.

Mater Lacæna conspicata filium,

Relicta

Relicta inermem parmula,
Progressa contrà, traijcit ferro latus,
Super necatum his increpans:
Abi hinc, morere, non digna me proles, abi
Mentite patriam & genus.

POLITIANVS.

Ἐκπροφυγόντα μάχας τὸν ἑὸν παῖδ' ὡς ἐνόησεν
Σπαρτιάτης μάτηρ, φασγάνῳ ἀντίασεν,
Καὶ κτάνε τὸν δύστανον, ὃν ἔτρεφεν, ὃν τέκεν αὐτὰ,
Ταῦτα δ' ἐπιφθόμεεν λόξ' ἐπιδακνομένα.
Ἤ τοῖον σ' ἐδόκουν, οὐκ ἂν τέκον. ἔρρε λακαίνας
ὡς παῖς, οὐκ ἐθέλων ὡς λακεδαιμόνιος.
Τίνας ἂν εἴποι λόγος ἕκτως ὑβρωσκό-
μενος ὑπ' ἐλλώων. (αὐτοὶ
Βάλλετε νῦν μετὰ πότμον ἐμὸν δέμας, ὅτι καὶ
Νεκροῦ σῶμα λέοντος ἐφυβρίζουσι λαγωοί.

MORVS.

Proijcitote meum Danai post fata cadauer,
Non metuunt lepores defuncti membra leonis.

~~IANVS CORNARIVS.~~

Dehinc fato functum Danai iactate cadauer,
Extincti uiolant lepores quoq; membra leonis.

ALCIATVS.

Aeacidæ moriens percussu cuspidis Hector,
Qui toties hostes uicerat ante suos.

Comprimere haud potuit uocem insultantibus illis,
Dum curru & pedibus nectere uincla parant.
Distrahite ut libitum est, sic caßi luce leonis,
Conuellunt barbam uel timidi lepores.

Εἰς Ῥώμην. Κριναγόρου.

οὐδ᾽ ἢν ὠκεανὸς πᾶσαν πλημμύραν ἐγείρῃ,
οὐδ᾽ ἢν Γερμανίη Ῥῆνον ἅπαντα πίῃ,
Ῥώμης οὐδ᾽ ὅσσον βλάψει σθένος, ἄχρι κε μίμνῃ
δεξιὰ σημαίνειν Καίσαρι θαρσαλέη.
οὕτω καὶ, ἱεραὶ Ζηνὸς δρύες ἔμπεδα ῥίζαις
ἑστᾶσιν. φύλλων δ᾽ αὖα χέουσ᾽ ἄνεμοι.

~~POLITIANVS.~~

Oceanus moueat licet omneis undiq; fluctus,
Et potet Rhenum Theutona terra suum.
Non cadet imperium Romæ, quo tempore Cæsar
Præerit, ac solus publica facta reget.
Sacra Ioui quercus nam sic radicibus hæret,
Et tamen aridulas huic rapit aura comas.

ALCIATVS. IMITATIO.

Oceanus quauis fluctus pater excitet omnes
Danubiumq; omnem barbare Turca bibas.
Non tamen irrumpes præfracto limite, Cæsar
Dum Carolus populo bellica signa dabit.
Sic sacræ quercus firmis radicibus adstant
Sicca licet uenti concutiant folia.

Βάσου

Βάσσου.

Ἀνθαίης ἀνάριο τριηκοσίους ὅτε ναύτας
δεύτερομ ἔχ' ἀΐδης πάντας ἀρηϊφάτους.
σπάρτας ὁ σόλος εἶπεν, ἴδ' ὡς πάλι πρόσθια πάν
τραύματα κὴμ στέρνοις δ' ὕβρις ἔνεστι μόνοις. (τα
υἱῶν γε μόθου κορέσασθε, καὶ εἰς ἐμὸμ ἀμπαύσα
ὕπνομ, ἀνικήτου δῆμος ἐνυαλίου. (σθε

ALCIATVS. IMITATIO.

Et feruentem animis, & adhuc sua signa sequutam,
Aduentantem uno tempore Myriadem,
Pluto uidens, hic Heluetij'ne (ait) agminis ordo est,
Quos uicisse hostes præuia turma negat?
Optauere mori potius, uiden' integra seruant
Terga, & ut in solo pectore uulnus adest.
O satiata animis tandem, ut post bella quiescas
In nostrum gremium martia turba ueni.

Ἀλφειοῦ μιτυληναίου.

Καλλιόπη πολύμυθε μελισσοβότου ἑλικῶνος
τίκτε μοι ἄλλομ ὅμηρον, ἐπεὶ μόλεμ ἄλλος ἀχιλ
(λεύς.

ALCIATVS.

Mæoniden alium parias Heliconis alumna
Calliope, est alius nunc satus Aeacides.

ΕΙΣ ΑΝΤΑΠΟΔΟΣΙΝ.

Εὐήνου.

Κἦμ με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαμ, ὅμως ἔτι καρποφορήσω
ὅσσομ ἐπισπεῖσαί σοι τράγε θυομένῳ.

OVIDIVS.

Rode caper uitem, tamen hinc quũ stabis ad aras,
In tua quod spargi cornua poßit erit.

Λεωνίδου Ταραντίνου.

Ἔξαλος εὐπώγων αἰγὸς πόσις ἔν ποτ᾽ ἀλωῇ,
οἴνης τοὺς ἁπαλοὺς πάντας ἔδαψε κλάδους.
Τῷ δ᾽ ἔπος ἐκ γαίης τόσον ἄπυε, κεῖρε κάκιστε
γναθμοῖς ἡμέτερον κλῆμα τὸ καρποφόρον.
Ῥίζα γὰρ ἔμπεδος οὖσα, πάλι γλυκὺ νέκταρ ἀνήσει,
ὅσσον ἐπισπεῖσαί σοι τράγε θυομένῳ.

IOAN. SOTER.

Barbatus caper alta petens quum erraret in agro,
Decerpsit teneræ brachia uitis ouans.
Talibus affata est quem uitis: Peßime, rode
Fœcunda usq; tuis germina nostra labris.
Hæc feret ipsa tamen radix mox robore fulta, ut
Sufficiant aris, uictima, uina tuis.

ΕΙΣ ΑΠΕΙΛΗΝ.

Ἄδηλον.

Ὁ Ζεὺς πρὸς τὸν ἔρωτα, βέλη τὰ σὰ πάντ᾽ ἀφελοῦμαι·
χὠ πτανός, βρόντα, καὶ πάλι κύκνος ἔσῃ.

LVSCINIVS.

Iupiter ad puerum Veneris, tibi spicula tollam
Dixit, at is rursus, tum mihi cygnus eris.

IAC. SANNAZARIVS.

De Veneris nato questa est Dictynna tonanti,

Quod

Quod nimis ille puer promptus ad arma foret.
Tunc pater accito ostendens graue fulmen Amori,
Hoc tibi saeue puer spicula franget, ait.
Cui lasciuus Amor motis haec reddidit alis,
Quid si iterum posito fulmine cygnus eris?

Μουσικίου, οἱ δὲ, Πλάτωνος.

Ἁ Κύπρις μούσαισι, κοράσια τὰν ἀφροδίταν
τιμᾶτ', ἢ τὸν ἔρων ὔμμιν ἐφοπλίσομαι.
Χαἰ μοῖσαι ποτὶ Κύπριν, ἄρει τὰ στωμύλα ταῦτα
ἡμῖν δ' οὐ πέταται τοῦτο τὸ παιδάριον.

ALCIATVS.

Haec Venus ad Musas, me siccine temnitis? in uos
Tela acuens saxo filius ultor erit.
Tum Musae, has uano nugas dic Cypria Marti,
In nos nanq; tuus non habet arma puer.

[illegible]

Sic Venus ad Musas, Venerem colitis'ne puellae?
Aut colite, aut nati tela timete mei.
At Musae contrà, Marti isthaec uana loquaris
Nam nunquam nobis aduolat ille puer.

BENTINVS.

Haec Venus ad Musas. Venerē exhorrescite nymphae
In uos armatus aut Amor insiliet.
Cui contra Musae: lepida haec ioca tolle precamur.
Aliger huc ad nos non uolat ille puer.

ΕΙΣ ΑΡΕΤΗΝ.

Ἄδηλον.

Ὦ στωϊκῶν μύθων εἰδήμονες, ὦ πανάριστα
  Δόγματα ταῖς ἱεραῖς ἐνθέμενοι σελίσιν.
τὰν ἀρετὰν, ψυχᾶς ἀγαθὸν μόνον. ἅδε γὰρ ἀνδρῶν
  μούνα, καὶ βίοτον ῥύσατο, καὶ πόλιας.
σαρκὸς δ' ἡδυπάθημα φίλον τέλος, ἀνδράσιν
  ἡ μία τῆς μνήμης ἤνυσε θυγατέρων. (ἄλλοις

BENTINVS.

Stoicidæ ſpectata cohors, qui inſignia ſacris
Mandatis melius dogmata ueſtra libris.
Vnam animi ſummum uirtutem culmen habere,
Vrbes quod ſeruet, ſola quod ipſa homines.
Carnis at illecebras alijs, ſibi finis ut eſſet
Vnica perfecit filia Mnemoſynes.

IDEM.

O Stoicæ gnari ſectæ, quàm inſignia ueſtra
Dogmata, quæ ſacris ſcribitis in tabulis.
Eſſe bonum unam animi uirtutem, ſola tuetur
Quod ualidas urbes, quodq́; ea ſola homines.
Aſt alijs uitæ ſcopus eſſet ſpurca uoluptas
Vna egit pulchre filia Mnemoſynes.

INTERP. LAER.

Stoicidæ menti ſolum æui fertis honeſtum,
O quàm dogma bonum ueſtra tabella tenet.
Hoc etenim ſolum uita eſt ſeruata uirorum,

Mœnia

Mœnia & hostili tuta fuere manu.
Meta uiris alijs dulcis sit paßio carnis
Vna uiris dixit filia Mnemosynes.

ΕΙΣ ΑΥΛΗΤΑΣ ΚΑΙ ΑΥΘΙΣ ΟΡΧΗΣΤΑΣ. Βοήθου.

Εἰ τοῖος Διόνυσος ἐς ἱερὸν ἦλθεν ὄλυμπον
κωμάζων λήναις σὺν ποτε, καὶ σατύροις,
οἷον ὁ τεχνήεις πυλάδης ὠρχήσατο κεῖνον
ὀρτὰ κατὰ τραγικῶν τέθμια μουσοπόλων.
παυσαμένη ζήλου διὸς ἂν φάτο σύγγαμος ἥρη
ἐψεύσω σεμέλη, βάκχον ἐγὼ δ' ἔτεκον.

ALCIATVS.

Si talis sacrum uenisset ad æthera Bacchus
Colludens satyros inter & Ogygidas.
Qualem illum Pylades saltauit ludio, nuper
Actorum tragicis lusibus adposite
Regia dixisset coniunx Iouis immemor iræ
Mentiris Semele, nam hunc peperi ipsa deum.

ΕΙΣ ΑΥΤΑΡΚΕΙΑΝ.

Ἀλφειοῦ Μιτυληναίου.

Οὐ στέργω βαθυληΐους ἀρούρας,
Οὐκ ὄλβον πολύχρυσον οἷα Γύγης.
Αὐτάρκους, ἔραμαι βίου Μακρῖνε.
Τὸ μηθὲν ἄγαν, ἄγαν με τέρπει.

MORVS.

Agros ego haud porrectiores appeto,

Non auream aut Gygis beatitudinem.
Quæ sit satis sibi uita, sat eadem est mihi.
Illud, Nihil nimis, nimis mihi placet.

Ἄδηλον.

Ἐλθὼν εἰς ἀΐδην ὅτε δὴ σοφὸν ἤνυσε γῆρας
  Διογένης ὁ κύων, Κροῖσον ἰδὼν ἐγέλα.
Καὶ στρώσας ὁ γέρων τὸ τριβώνιον ἐγγὺς ἐκείνου,
  Τοῦ πολὺν ἐκ ποταμοῦ χρυσὸν ἀφυσσαμένου,
Εἶπεν, ἐμοὶ καὶ νῦν πλείων τόπος. ὅσα γὰρ εἶχον,
  Πάντα φέρω σὺν ἐμοὶ Κροῖσε. σὺ δ' οὐδὲν ἔχεις

AVSONIVS.

Effigiem rex Crœse tuam ditißime regum
  Vidit apud manes Diogenes Cynicus.
Constitit, utq; procul solito maiore cachinno
  Concussus, dixit, quid tibi diuitiæ
Nunc prosunt regum rex ô ditißime? quum sis
  Sicut ego solus, me quoq; pauperior.
Nam quæcunq; habui mecum fero, quum nihil ipse
  Ex tantis tecum Crœse feras opibus.

LVSCINIVS.

Perfecta ut manes uidit clara ille senecta
  Diogenes, Crœsum sentit adesse sibi.
Et ridens strauit regi sua pallia pone,
  Aurum cui uiuo flumina multa dabant.
Heus ait, hoc mihi cede loco mox, huc retuli nam
  Quicquid erat mihi, tu sed puto Crœse nihil.

Παλλαδᾶ.

Παλλαδᾶ.

Ἐλπίδος, οὐδὲ τύχης ἔτι μοι μέλει, οὐδ᾽ ἀλεγίζω
λοιπὸν τῆς ἀπάτης. ἤλυθον εἰς λιμένα.
εἰμὶ πένης ἄνθρωπος. ἐλευθερίῃ δὲ συνοικῶ,
ὑβριστὴν πενίης πλοῦτον ἀποστρέφομαι.

~~CORNARIVS.~~

Non ego fortunam, nec spem, nec deniq; curo
Fraudes, optatum portum ego contineo.
Nam sum homo, sum pauper, libertatemq; reseruo,
Diuitiæ nullæ quam uiolare queant.

Λουκιανοῦ.

Ὡς τεθνηξόμενος, τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε.
ὡς δὲ βιοσόμενος, φείδεο σῶν κτεάνων.
ἔστι δ᾽ ἀνὴρ σοφὸς οὗτος, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας
φειδοῖ, καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.

AVSONIVS.

Re fruere ut natus mortalis, dilige sed rem
Tanquam immortalis. Sors est in utroq; uerenda.

LILIVS.

Diuitijs utare tuis tanquam moriturus,
Tanquam uicturus denuò parce tuis.
Vir sapiens est ille quidem, qui hæc ambo uolutans,
Parcit, quiq; modum sumptibus applicuit.

MORVS.

Tanquam iam moriturus partis utere rebus,
Tanquam uicturus denuò parce tuis.

Ille sapit, qui perpensis his rite duobus,
Parcus erit certo munificusq; modo.

ALCIATVS.

Vtere diuitijs ut morti proximus, idem
Tanquam uicturus parce tuis opibus.
Ille sapit uere qui callens hæc duo, nouit
Non nimium largus, nec nimis esse tenax.

Παλλαδᾶ.

Βέλτερόν ἐστι τύχης καὶ θλιβομένης ἀνέχεσθαι
ἢ τῶν πλουτούντων τὴν ὑπερηφανίης.

ALCIATVS.

Fortunam urgentem melius tolerare ferendo est
Quàm nos diuitibus ludibrio esse pati.

Ἄδηλον.

Ὦ γαστὴρ κυνόμυια, δι' ἣν κόλακες παράσιτοι
ζωμοῦ πωλοῦσι θεσμὸν ἐλευθερίης.

LVSCINIVS.

O uenter Cynomya ferox, dapibus parasitos,
Qui libertatis uendere iura doces.

Ἄδηλον.

Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πόλλ' ἀνεγεί
ἀτραπὸς εἰς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη. (ρειν,

MORVS.

Multas ædificare domos, & pascere multos,
Est ad pauperiem semita recta quidem.

G. LILIVS

G. LILIVS.

Corpora multa alere, & complures ponere ſedes,
Ipſa eſt ad ſummam ſemita pauperiem.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΝΘΡΩΠΙΝΟΝ ΒΙΟΝ.

Ἀρχίου.

Θρήικας αἰνείτω τις, ὅτι στοναχεῦσι μὲν υἷας
μητέρος ἐκ κόλπων πρὸς φάος ἐρχομένους
ἔμπαλι δ᾽ ὀλβίζουσιν, ὅσους αἰῶνα λιπόντας,
ἀπροϊδὴς κηρῶν λάτρις ἔμαρψε μόρος.
οἱ μὲν γὰρ ζώοντες ἀεὶ παντοῖα περῶσιν
ἐς κακὰ, τοὶ δὲ, κακῶν εὗρον ἄκος φθίμενοι.

ALCIATVS.

Ecquis non laudet Thracas? qui prodit ut infans,
In lucem ex utero fletibus ora rigant.
Quiq; beant cernunt quoſcunq; relinquere ſeclum,
Parcarum & quos mors dira miniſtra rapit.
Nam uiui uario iactantur turbine ſemper,
Qui moritur finem repperit ille mali.

LVSCINIVS.

Laudantur Thraces, natos quod uiſcera matrum
Egreſſos gemitu protinus excipiunt:
Quodq; relinquentes uitam ſine fine beatos
Credunt, incautos dum fera Parca rapit.
Illos uita malis quia deſtinat omnibus: hinc hos,
Pharmaca quod mortem tot reperere malis.

Ἀδήλου.

Τὸν βίον ἡράκλειτε πολὺ πλέον ἤπερ ὅτ' ἔζης
δάκρυε. νῦν ὁ βίος ἐστ' ἐλεεινότερος.
τὸν βίον ἄρτι γέλα Δημόκριτε τὸ πλέον, ἢ πρίν.
νῦν ὁ βίος πάντων ἐστὶ γελοιότερος.
εἰς ὑμέας δὲ καὶ αὐτὸς ὁρῶν, τὸ μεταξὺ μεριμνῶ.
πῶς ἅμα σοὶ κλαύσω, πῶς ἅμα σοὶ γελάσω.

BARPTOLOMAEVS SIMONETA.

Defle hominum uitam plus quàm Heraclite *solebas,*
In lachrymas totos solue age nunc oculos.
Concute maiori splenem Democrite *risu,*
Et toto resonans ore cachinnus hiet.
Vita fuit nunquam post condita secula mundi,
Et risu pariter dignior & lachrymis.

ALCIATVS.

Plus solito humanæ nunc defle incōmoda uitæ
Heraclite, scatet pluribus illa malis.
Tu rursus si quando aliâs extolle cachinnum
Democrite, illa magis ludicra facta fuit.
Interea hæc cernens meditor, qua deniq; tecum
Fine fleam, aut tecum quomodo splene iocer.

C. VRS. VELIVS.

Tristius atq; olim, uitæ Heraclite *labores*
Vt mage qua miserum nil queat esse, gemas.
Tu quoque maiori Democrite *diffluе risu,*
Quandoquidem hæc uita est ridiculosa magis.

Ipse autem interea uos cernens, differor anceps
Te risu, lachrymis quomodo teq; iuuem.

Ποσειδίππου. οἱ δὲ, Κράτη-
τος τοῦ κωμικοῦ.

Ποίην τὶς βιότοιο τάμοι τρίβον; εἰν ἀγορῇ μὲν,
νείκεα, καὶ χαλεπαὶ πρήξιες, ἐν δὲ δόμοις,
φροντίδες. ἐν δ' ἀγροῖς, καμάτων ἅλις. ἐν δὲ θα
τάρβος. ἐπὶ ξείνης, ἢν μὲν ἔχῃς τι, δέος. (λάσσῃ
ἢν δ' ἀπορῇς, ἀνιηρόν. ἔχεις γάμον; οὐκ ἀμέριμνος
ἔσεαι. οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐρημότερος.
τέκνα, πόνοι, πήρωσις, ἄπαις βίος. αἱ νεότητες,
ἄφρονες. αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες.
ἦν ἄρα τοῖν δυοῖν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν, αὐτίκα τικτόμενον.

LVSCINIVS.

Quem teneas uitæ callem? si iurgia, formas
Difficilesq; forum seruat, at in domibus
Curæ. durus agris labor imminet. undiq; ponto
Terror. opes peregre qui gerit, usq; pauet.
Pauperies grauior. connubia mente quietem
Excutiunt. cœlebs heu male solus eris.
Tædia dat proles, genus hac sine concidit. omnis
Mente caret iuuenis. uiribus inde senex.
Vtrum igitur mauis optandum, uel neq; nasci
Vnquam, uel fato præpropero occidere.

C. VRS. VELIVS.

Nam quod iter uitæ sectabere? plena molestis
Sunt fora litigijs. anxia cura domi.
Rure labor, terrent medio discrimina ponto.
Si peregre es, partis rebus ubiq; times.
Ac rursum tristaris egens. uxorius autem
Angeris. es uita cœlibe, solus eris.
Sollicitant nati. non uiuis & integer, orbus.
Corde iuuenta caret, robore canities.
Alter utrum idcirco est nobis optabile, nunquam
Aut nasci, aut natos occubuisse citò.

ERASMVS.

Quod nam iter humanæ cupias insistere uitæ?
Quoquò te uertas, omnia plena malis.
Litigijs causisq; forum strepit usq; molestis.
Perpetua cruciat sollicitudo domi.
Enecat aßiduis rus triste laboribus. undas
Et freta si sulces, mille pericla premunt.
Viuenti peregre, si res tibi suppetit ampla,
Cuncta miser metues, nec bene tutus ages.
Rursum si uacuæ pendebunt ære crumenæ,
Vt durum ac miserum est hospitem egere uirum.
Coniugium sequeris, quanta hic te cura sequetur?
Desolatus eris, si sine coniuge eris.
Si tollis sobolem, multo educanda labore est.
Non tolles, orbi lumine uita uacat.

Si iuuenis

Si iuuenis fueris, uaga & inconsulta iuuenta est,
Viribus effoeta est cana senecta suis.
Ergo quid reliquum est quaeso nisi sanus ut optes
Alterutrum, aut nunquam tristibus è finibus
Materni prodijsse uteri, aut ubi protinus illinc
Exieris, stygias abdier in latebras.

AVSONIVS.

Quod uitae sectabor iter? Si plena tumultu
Sunt fora. Si curis domus anxia. Si peregrinos
Cura domus sequitur. Mercantem si noua semper
Damna manent. Cessare uetat si turpis egestas.
Si uexat labor agricolam. mare naufragus horror
Infamat: poenaeq; graues in coelibe uita:
Et grauior cautis custodia uana maritis.
Sanguineum si Martis opus, Si turpia lucra
Foenoris, & uelox inopes usura trucidat.
Omne aeuum curae: cunctis sua displicet aetas.
Sensus abest paruis lactentibus: & puerorum
Dura rudimenta: & iuuenum temeraria pubes.
Afflictat fortuna uiros per bella, per aequor,
Iras, insidiasq;, catenatosq; labores,
Mutandos semper grauioribus. Ipsa senectus
Expectata diu, uotisq; optata malignis,
Obijcit innumeris corpus lacerabile morbis.
Spernimus in cõmune omnes praesentia. Quosdam
Constat nolle deos fieri: Iuturna reclamat:

Quò uitam dedit æternam? Cur mortis adempta
Conditio? Sic caucasea sub rupe Prometheus
Testatur saturnigenam: nec nomine cessat
Incusare Iouem, data sit quod uita perennis.
Respice & ad cultus animi. Sic nempe pudicum
Perdidit Hippolytum non fœlix cura pudoris.
At contrà illecebris maculosam ducere uitam
Quem iuuat: aspice & ad pœnas & crimina regum.
Tercos incesti, uel mollis Sardanapali.
Perfidiam uitare monent tria Punica bella:
Sed prohibet seruare fidem deleta Saguntos.
Viue, & amicitias semper cole: crimen ob istud,
Pythagoreorum perijt schola docta sophorum.
Hoc metuens igitur nullas cole: crimen ob istud,
Timon Palladijs olim lapidatus Athenis.
Dißidet ambiguis semper mens obuia uotis.
Nec uoluisse homini satis est: optata recusant.
Esse in honore placet: mox pœnitet. Et dominari
Vt poßint, seruire uolunt. Idem auctus honore,
Inuidiæ obijcitur. Pernox est cura disertis:
Sed rudis ornatu uitæ caret. Esto patronus,
Et defende reos: sed gratia rara clientis.
Esto cliens grauis imperij persona patroni.
Exterrent hunc uota patrum: mox aspera curis
Sollicitudo subit: contemnitur orba senectus:
Et captatoris præda est hæredis egenus.

Vitam parcus agas: auidi lacerabere fama.
Et largitorem grauius censura notabit.
Cuncta tibi aduersis contraria casibus. Ergo,
Optima Graiorum sententia: quippe homini aiunt,
Non nasci esse bonum, natum aut citò morte potiri.

ΕΚ ΤΟΥ ΕΝΑΝΤΙΟΥ ΠΙΘΑΝΑ.

μητροδώρου.

παντοίην βιότοιο τάμοις τρίβον· εἰν ἀγορῇ μὲν
κύδεα, καὶ πινυταὶ πρήξιες. ἐν δὲ δόμοις,
ἄμπαυμ'. ἐν δ' ἀγροῖς, φύσιος χάρις. ἐν δὲ θα-
κέρδος. ἐπὶ ξείνης, ἢν μὲν ἔχῃς τι, κλέος. (λάσσῃ
ἢν δ' ἀπορῇς, μόνος οἶδας. ἔχεις γάμον, οἶκος ἄρι
ἔσσεται. οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐλαφρότερος. (στος
τέκνα, πόθος. ἄφροντις ἄπαις βίος. αἱ νεότητες
ῥωμαλέαι. πολιαὶ δ' ἔμπαλιν εὐσεβέες.
οὐκ ἄρα τῶν δισσῶν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν, πάντα γὰρ ἐσθλὰ βίῳ.

LVSCINIVS.

Quem lubeat uitæ callem tene. summa forensis
Gloria & ingenij quæstus. at in domibus,
Certa quies. gratas fruges ager educat. affert
Lucra, mare. hospitibus, ære paratur honos.
Pauperiem norunt soli. uxor rite gubernat
Aedes: ni placeat libera uita magis.
Proles, dulcis amor. minor hac sine cura. iuuentam,

Vires: at canos gloria pulchra manet.
Optandum eſt igitur, nec luce carere, nec orbe
Diuelli, in ſummis eſt quia uita bonis.

C. VRS. VELIVS.

Omne iter inſiſtas uitæ, fora nomen, & uſus
Dant rerum uarios. uita quieta domi eſt.
Gratia delectat ruris. dant æquora lucrum.
Laus eſt ſi peregre diues haberis opum.
Solus egens noris. domus eſt uxore beata.
Cœlebs curarum pondere uita uacat.
Pignora nata iuuant. non ſollicitaberis orbus.
Robur ineſt iuueni. ſunt pia uota ſeni.
Alterutrum ne optes igitur, non naſcier, aut non
Eſſe diu. nam ſunt cuncta referta bonis.

~~[illegible]VS.~~

Quamlibet immo uiam uitæ ingrediare licebit,
Vndiq; blanditur plurima commoditas.
Concio ſi placet atq; forum, hinc uberrima famæ
Materia, hinc ingens gloria colligitur.
Hic bene tractandis prudentia callida rebus
Exeritur, rurſum uita quieta domi eſt.
Rura petis, uario illic oblectamine mentem
Naturæ facies paſcet amœna tuam.
Dulcia prædiues lucra ſuppeditauerit æquor.
Si peregre uiuis, resq; tibi ſupereſt,
Multus honos comitatur. habes nihil, ergo pudoris

Eſt

Est minus, ipse tibi conscius unus eris.
Vxor ducta tibi est, domus optima proinde futura est.
Non ducta est, curis exoneratus ages.
Si tibi dulce patris cognomen, pignora nata
Donant, & quod ames, unde & ameris erit.
Orbus ages, orbi est sine sollicitudine uita,
Quam patribus sobolis ferre alitura solet.
Vt constant uiridi, roburq; uigorq; iuuentæ:
Commendat pietas sic sua canitiem.
Nil igitur uideo causæ cur alterutrum optes,
Aut nasci nunquam, aut interijsse statim.
Quandoquidem humanæ quæ tandem est portio uitæ
Non optanda bonis, atq; adamanda suis?

Λουκιανοῦ.

θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν, καὶ πάντα παρέρχεται ἡμᾶς,
ἢν δὲ μὴ, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτὰ παρερχόμεθα.

LVSCINIVS.

Mortales fugiunt nos cuncta, cadentia fato,
Vel, quod crediderim, nos magis hæc fugimus.

Παλλαδᾶ.

Γῆς ἐπέβην γυμνὸς, γυμνὸς θ' ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι.
καὶ τί μάτην μοχθῶ, γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος.

LVSCINIVS.

Conscendi terram nudus, subiturus eandem
Nudus quid facio? mors quoq; nuda uenit.

G. LILIVS.

Ingredior nudus terram, egredior quoque nudus.
Quid frustra studeo, funera nuda uidens?

MORVS.

Nudus ut in terram ueni, sic nudus abibo,
Quid frustra sudo, funera nuda uidens?

ALCIATVS.

Nudus humo exilij, sub terram nudus abibo,
Ad finem nudum sudo ego cur temere?

Τοῦ αὐτοῦ.

Πλοῦς σφαλερὸς τὸ ζῆν, χειμαζόμενοι γὰρ ἐν αὐτῷ
πολλάκι ναυηγῶν πταίομεν οἰκτρότερα.
τὴν δὲ τυχὴν βιότοιο κυβερνήτειραν ἔχοντες,
ὡς ἐπὶ τοῦ πελάγους ἀμφίβολοι πλέομεν.
οἱ μὲν, ἐπ' εὐπλοίην, οἱ δ' ἔμπαλιν. ἀλλ' ἅμα πάν
εἰς ἕνα τὸν κατὰ γῆς ὅρμον ἀπερχόμεθα. (τες

LVSCINIVS.

Vita rapit miseros scapha ceu uicina periclis,
Naufragus erumnis qua patet aßiduis.
Inconstans regit hanc fortuna uolubilis, errans,
Nec nisi per gyros, & uada cæca trahit.
Nauigat hinc felix alius, sorte alter iniqua,
Cuiq; tamen puluis, tumbaq; portus erit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος, καὶ παίγνιον. ἢ μάθε παίζειν
τὴν σπουδὴν μεταθεὶς, ἢ φέρε τὰς ὀδύνας.

LVSC.

LVSCINIVS.

Disce iocos, scena est, ludus quoq; uita: repugnans
Fortunæ, tristis tristia damna feres.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ τὸ φέρων σε φέρει, φέρε καὶ φέρου. εἰ δ' ἀγανακτεῖς,
καὶ σαυτὸν λυπεῖς, καὶ τὸ φέρον σε φέρει.

LVSCINIVS.

Si ducunt te fata, feras: dolor additur omni
Inuito, & collo non minus illa trahunt.

MORVS.

Si ferris ferre & fer: sin irasceris, & te
Læseris, & quod fert te feret, immo trahet.

Ab huius epigrammatis sententia, quæ Biantis est fertur, non abhorret hoc

Ἄδηλον.

Εἰ μὲν ἦν μαθεῖν ἃ δεῖ παθεῖν,
καὶ μὴ παθεῖν, καλὸν ἦν τὸ μαθεῖν.
εἰ δὲ δεῖ παθεῖν ἃ δεῖ μαθεῖν,
τί δεῖ μαθεῖν; παθεῖν γὰρ χρή.

G. LILIVS.

Si posset casus quisquam præscire futuros,
Et uitare simul, scire suaue foret.
Sin patienda tibi prorsus quæ scire requiris,
Quid præscisse iuuat? nanq; necesse pati.

MORVS.

Si uitare queas, quæ sunt patienda, sciendo,

Scire quidem pulchrum, quæ paterêre, foret.
Sin quæ præscieris uitandi est nulla potestas,
Quid præscire iuuat, quæ patière tamen?

IDEM, Carmine Iambico trimetro.

Præscire si queas, quæ oporteat pati,
Queasq; non pati, bonum est ut præscias.
At si te oporteat, licet scias, pati,
Præscire quid iuuat? necesse enim est pati.

Παλλαδᾶ.

Δακρυχέων γενόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω,
δάκρυσι δ' ἐν πολλοῖς τὸν βίον εὗρον ὅλον.
ὦ γένος ἀνθρώπων πολυδάκρυτον, ἀσθενές, οἰκ-
συρόμενον κατὰ γῆς, καὶ διαλυόμενον. (τρὸν,

ALCIATVS.

Flens ego sum genitus, celebrantur funera fletu,
Transacta innumeris uita fuit lachrymis.
O miserum mortale genus, lachrymabile semper,
Quod factum ex cinere est, soluitur in cinerem.

LVSCINIVS.

Fundebam lachrymas genitus, moribundus idem nūc
Plango, uidens luctu tempora cuncta teri.
O mortale genus, male firmum, triste, misellum,
Seu te habeat tellus, seu fera parca ferat.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὦ γένος ἀνθρώπων ἀνεμώλιον, αὐτοχόλωτον,
μέχρι τέλους βιότου μηδὲν ἐπιστάμενον.

LVSCINIVS.

O quàm uana tenet fiducia proxima uento
Mortales, uerum non nisi morte scient.

Ἰουλιανοῦ.

Ἡδέα πάντα κέλευθα λάχεν βίος. ἄστεϊ μέσσφ,
εὖχος. ἑταιρεῖαι. κρύπτα δόμοισιν ἄκη.
ἀγρὸς τέρψιν ἄγει. κέρδος πλόος. ἀλλοδαπὴ χθὼν
γνώσιας. ἐκ δὲ γάμων, οἶκος ὁμοφρονέει.
τοῖς δ' ἀγάμοις, ἄφροντις ἀεὶ βίος. ἕρκος ἐτύχθη
παισὶ, τέκος. φροῦδος τοῖς ἀγόνοισι φόβος.
ἠνορέην νεότης, πολιὴ φρένας οἶδεν ὀπάζειν.
ἔνθεν θάρσος ἔχων, ζῶε φυτεύε γένος.

LVSCINIVS.

Dulcia cuncta homini sors præbuit. Vrbe repostum,
Hinc decus, hinc socij. grata domiq; quies.
Agris, deliciæ. lucrum, mari. & extera tellus,
Rara docet. concors coniugioq; domus.
Exors est curis cœlebs. nati, addere robur
Norunt. ast orbos non tenet usque timor.
Flore iuuentutis uires. sapientia canis
Parta. ergo augeto lætus abinde genus.

Ἀδήλου.

Πῶς τις ἄνευ θανάτου σε φύγοι βίε. μυρία γάρ σευ
λυγρά. καὶ οὔτε φυγεῖν εὐμαρὲς, οὔτε φέρειν.
ἡδέα μὲν γάρ σου τὰ φύσει καλὰ, γαῖα, θάλασσα,

ἄστρα, σεληναίης κύκλα, καὶ ἠελίου,
τἄλλα δὲ πάντα, φόβοι τε, καὶ ἄλγεα, κἤν τι πάθῃ τις
αὐτὸν, ἀμοιβαίην ἐκδέχεται νέμεσιν.

LVSCINIVS.

Non mihi uita patet, te, dein tua dona reuoluens,
Quò mala tot fugiam, uel tolerare queam.
Allicit aspectu blando mare, campus, & æther,
Cinthius ac Phœbe, sidera quæq; poli.
At rogo quis contra numeret mala cuncta uicissim,
Vltrix non æqua quæ mihi lance refers?

Αδηλον.

Πάντα γέλως, καὶ πάντα κόνις, καὶ πάντα τὸ μηδὲν,
πάντα γὰρ ἐξ ἀλόγων ἐστὶ τὰ γιγνόμενα.

LVSCINIVS.

Sanum nil, puluis sunt omnia quæ capit orbis,
Deniq; ni fallor, mens quoq; stulta simul.

Αδηλον.

Φροντίδες οἱ παῖδες, μέγα μὲν κακὸν εἴ τι πάθοιεν,
εἰσὶ δὲ καὶ ζῶντες φροντίδες οὐκ ὀλίγαι.
ἡ γαμετὴ, χρηστὴ μὲν, ἔχει τινὰ τέρψιν ἐς αὐτὴν,
ἡ δὲ κακὴ, πικρὸν τὸν βίον ἀνδρὶ φέρει.

LVSCINIVS.

Cura patris nati rebus licet usque secundis,
Sollicitant animum, tum mage si doleat.
Quæ frugi est coniunx fateor bona plurima præstat:
Praua uiro certo certius exitium.

Αδέσποτον.

Ἀδέσποτον.

Ὦ θηρῶν βροτὲ μᾶλλον ἀνήμερε, πάντα σε μισεῖ
 παντολέτορ. πάντη δ' ἐκδέχεταί σε μόρος.
ἢν ἐπὶ γῆς φεύγῃς, ἀγχοῦ λύκος. ἢν δὲ πρὸς ὕψος
 δενδροβάτης, ἀσπὶς δεῖμ' ὑπὲρ ἀκρεμόνων.
πειράζεις καὶ νεῖλον; ὅδ' ἐν δίναις κροκόδειλον·
 ἔτρεφεν, εἰς ἀσεβεῖς θῆρα δικαιότατον.

LVSCINIVS.

O caput inuisum cunctis crudelior ipse,
 Mactans caede feras, praeda futurus homo.
Te lupus in terris ui strangulat, alta petentem,
 Dendrobates. herbis uipera saeua necat.
Pascitur & Nili pestis crocodilus in antris,
 Vltrix dira mali, certaq; pernicies.

ΕΙΣ ΒΡΕΦΗ. Βιάνορος.

Ἤριπεν δ' ἐξ ἄκρης δόμος ἀθρόος, ἀλλ' ἐπὶ παιδὶ
 νηπιάχῳ ζεφύρου πολλὸν ἐλαφρότερος.
φείσατο κουροσύνης καὶ ἐρείπιον, ὦ μεγάλαυχοι
 μητέρες, ὠδίνων καὶ λίθος αἰσθάνεται.

ALCIATVS.

Corruit à summo domus omnis, flamine multum
 Sed leuior, pueri membra super cecidit.
Gaudete ô matres, puerum miserata ruina est,
 Afficitur partus ecce dolore lapis.

ΕΙΣ ΓΑΜΟΝ. Ἄδηλον.

Εἴ τις ἅπαξ γήμας, πάλι δεύτερα λέκτρα διώκει,

ναυηγὸς πλώει δὶς βυθὸν ἀργαλέον.

[illegible]

Altera connubium experto cui ducitur uxor,
Hic fracta repetit æquora sæua rate.

MORVS.

Qui capit uxorem defuncta uxore secundam,
Naufragus in tumido bis natat ille freto.

ALCIATVS.

Coniux cui perijt prior & connubia rursus
Prosequitur, rursus naufragium patitur.

LVSCINIVS.

Si moritur coniux, thalamosq; sequare secundos,
Naufragus immensum iam repetis pelagus.

Παύλου Σιλεντιαρίου.

Καλὰ τὰ παρθενικῆς κειμήλια. παρθενίη δὲ,
τὸν βίον ὤλεσεν ἂν, πᾶσι φυλαττομένη. (μῳ
τοὔνεκεν ἐνθέσμως ἄλοχον λάβε. καί τινα κόσ-
δὸς βροτὸν ἀντὶ σέθεν. φεῦγε δὲ μαχλοσύνην.

ARNOL. VESALIEN.

Virginitas pulchris ornatur dotibus. at si
Illam omnes foueant, uita peribit iners.
Duc itaq; uxorem, tibi fac succedat & orbi
Hæres legitimus. Subfuge adulterium.

SOTER.

Optima uirginitas homini est possessio, uerum
Amplexa à cunctis, uitam ea perdiderit.

Rite

Rite igitur tu uxorem ducito, mundus ut olim
Pignus pro te habeat: sed fuge adulterium.

ALCIATVS.

Ad Venerem properate omnes, nam perdere posset
Vitam hominum nimius uirginitatis amor.
Idcirco uxorem capias, da pignora mundo,
Et caue sis spurci fautor adulterij.

Αὐτομέδοντος.

Εὐδαίμων πρῶτον μὲν, ὁ μηδενὶ μηδὲν ὀφείλων·
εἶτα δ᾽ ὁ μὴ γήμας. τὸ τρίτον ὅστις ἄπαις.
ἢν δὲ μανεὶς γήμῃ τις, ἔχει χάριν, ἢν κατορύξῃ
εὐθὺς τὴν γαμετὴν, προῖκα λαβὼν μεγάλην.
Ταῦτ᾽ εἰδὼς, σοφὸς ἴσθι. μάτην δ᾽ Ἐπίκουρον ἔασον
ποῦ τὸ κενὸν ζητεῖν, καὶ τίνες αἱ μονάδες.

[illegible]

Qui nulli debet, fortunatißimus ille est.
Proximus huic cœlebs, tertius orbus erit.
Quod si quis demens uxorem duxerit, illi
Hæc ita res demum cōmoda grata feret.
Eueniat si sors, ut grandi dote recepta,
Protinus uxorem deferat in tumulum.
Hæc doctus sapias, Epicurum quærere frustra,
Quà sit inane sinas, quæq; sient monades.

MORVS EXPRESSIT.

Res grauis est uxor. poterit tamen utilis esse,
Si sua det propere se moriente tibi.

ALCIATVS.

Est felix qui non alieno obnoxius ære est,
Et cui nec soboles, ulla nec uxor adest.
Quam si aliquis duxit, felix est, protinus hæres
In magnam dotem si morientis erit.

LVSCINIVS.

Ille mihi felix primo est qui debita nescit,
Inde carens natis coniugioq; simul.
Si tamen uxorem uecordia præbuit, & mox
Dotata intereat, cõmoda magna dabit.
Hæc sapiens specta, hinc Epicurum tutus inane
Quærere mente sinas, atq; suas monadas.

Ἄδηλον.

Οὐκ ἔστι γήμας, ὅστις οὐ χειμάζεται.
λέγουσι πάντες, καὶ γαμοῦσιν εἰδότες.

MORVS.

Hoc quisque dicit. Rebus in mortalibus
Quod tristius sit, ac magis uiros grauet,
Natura nil produxit his uxoribus.
Hoc quisq; dicit, dicit, at ducit tamen.
Quin sex sepultis, septimam ducit tamen.

ΕΙΣ ΓΗΡΑΣ: ΚΑΙ ΓΕΡΟΝΤΑΣ.

Λουκιλλίου.

Εἴ τις γηράσκων ζῆν εὔχεται, ἄξιός ἐστι
γηράσκειν πολλῶν εἰς ἐτέων δεκάδας.

LVSCINIVS.

Qui senio pressus uult uiuere, uiuere dignum

Annorũ

Annorum multas iudico per decades.

IOAN. SOTER.

Dij dent, Nestoreos optanti uiuere in annos,
Multas annorum uiuere myriadas.

Μενεκράτους.

Γῆρας ἐπὰν μὲν ἀπῇ, πᾶς εὔχεται. ἢν δέ ποτ' ἔλθῃ,
μέμφεται, ἔστι δ' ἀεὶ κρεῖσσον ὀφειλόμενον.

LVSCINIVS.

Dum procul est, speras, quereris uenisse senectam,
Ceu doleas reddi, mutuò quod dederas.

~~CORNARIVS.~~

Absens expetimus, ueniens sed carpimus omnes
Cur senium? num quod debita grata manent?

Βιάνορος.

Ὦ μοι ἐγὼν ἥβης, καὶ γήραος οὐλομένοιο
τοῦ μὲν ὑπερχομένου, τοῦ δ' ἀπονισσομένης.

ALCIATVS.

Hei mihi pubertatis, mortiferæq́; senectæ,
Hæc quia amica fugit, hæc inimica uenit.

Ἀδέσποτον.

Ἂν περιλειφθῇ μικρὸν ἐν ἄγγεσιν ἡδέος οἴνου,
εἰς ὀξὺ τρέπεται τοῦτο τὸ λειπόμενον.
οὕτως ἀντλήσας τὸν ὅλον βίον, εἰς βαθὺ δ' ἐλθὼν
γῆρας ὁ πρεσβύτης γίγνεται ὀξύχολος.

~~CORNARIVS.~~

Dolia si fundum gustu tentaris, acescunt
Protinus ut dulci sunt uacuata mero.

Et spacijs exhausta suis annosa senectus,
Iam præter fæcem nil habet & choleram.

Επιγόνου θετ̓ταλοῦ.

Η πάρος ἐν πετάλοισιν ἐν οἰνάνθαις νεάσασα
καὶ πετανῶν βοτρύων ἔξαγα κομισαμένη.
νῦν οὕτω γραίημαι, ἴδ᾽ ὡς χρόνος οἷα δαμάζει
καὶ σαφυλὴ γήρως αἰσθάνεται ῥυτίδων.

CORNARIVS.

Oenanthas inter uigui florentibus annis,
Contexi botros flore, simulq; acinos.
Iam sum facta senex: ecce ut domet omnia tempus.
Vua etiam rugas contrahit ipsa senex.

Φίλωνος.

Αἱ πολιαὶ σὺν νῷ, γεραρώτεραι. αἱ γὰρ ἄτερ νοῦ,
μᾶλλον τῶν πολλῶν εἰσὶν ὄνειδος ἐτῶν.
αἱ τρίχες, ἢν σιγᾷς, εἰσὶ φρένες. ἢν δὲ λαλήσῃς,
ὡς αἱ τῆς ἥβης, οὐ φρένες, ἀλλὰ τρίχες.

ARNOL. VESALIEN.

Si mentem sociam teneant in uertice cani,
Oblectant: aliâs sanna perennis erunt.
Si taceas, cani mentis sunt signa disertæ:
Sunt pilus ut iuuenum, si blaterare uelis.

ΕΙΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥΣ.

Παλλαδᾶ, εἰς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα
Ἀνδρομάχην. (κα-
μῶίν τὸ οὐλομένην γαμετὴν ὁ τάλας γεγάμηκ

καὶ

καὶ παρὰ τῆς τέχνης μήνιδος ἀρξάμενος.
ὤ μοι ἐγὼ πολύμηνις ἔχων διχόλωτον ἀνάγκην
 τέχνης γραμματικῆς, καὶ γαμετῆς μαχίμης

LVSCINIVS.

Grammatico ducta est uxor mihi, pestifer ira,
 Artis & infelix ira mihi auspicium.
Heu miser, en gemina fatis modo comprimor ira,
 Artis Grammaticæ, fœmineaq́; domi.

AVSONIVS.

Arma uirumq́; docens, atq; arma uirumq́; peritus,
 Non duxi uxorem, sed magis arma domum.
Nanq; dies totos, totasq́; ex ordine noctes
 Litibus oppugnat meq́; meumq́; larem.
Atq; ut perpetuis dotata à Marte duellis,
 Arma in me tollit, nec datur ulla quies.
Iamq́; repugnanti dedam me, ut deniq; uictum
 Iurget ob hoc solum iurgia quod fugiam.

τοῦ αὐτοῦ.

Αρχὴ γραμματικῆς πεντάστιχός ἐστι κατάρα.
 πρῶτος, μῆνιν ἔχει. δεύτερος, οὐλομένην.
καὶ μετὰ δ' οὐλομένην, δαναῶν πάλιν ἄλγεα πολλὰ
 ὁ τρίτατος, ψυχὰς εἰς ἀΐδην κατάγει.
τοῦ δὲ τεταρταίου, τὰ ἑλώρια, καὶ κύνες ἀργοί.
 πέμπτου δ' οἰωνοὶ, καὶ χόλος ἐστὶ Διός.
πῶς οὖν γραμματικὸς δύναται μετὰ πέντε κατάρας
 καὶ πέντε πτώσεις, μὴ μέγα πένθος ἔχειν.

ALCIATVS. IMITATIO.

Si magni inspicias diuinam Aeneida uatis,
A noxis cœptum quinque uidebis opus.
Arma uirum primo referuntur martia uersu,
A patrijs profugum sedibus alter ait.
Mox sequitur terris ut sit iactatus & alto.
Vim superum & dominæ iurgia quartus habet.
Supremus bello memorat quæ plurima passus.
Tot mala tam paucis sunt sita carminibus.
Quid mirum est igitur miseros nunc esse poëtas?
Atque inopem uitam degere grammaticos?
Quum tantum miseris cœptent à casibus, armis,
Errore atq; æstu ui superum atque nece.

ΕΙΣ ΓΡΑΦΙΔΑ.

Ημην ἀχρεῖον κάλαμος φυτόν. ἐκ γὰρ ἐμεῖο
οὐ σῦκ᾽, οὐ μῆλον φύεται, οὐ σταφυλή.
ἀλλά μ᾽ ἀνὴρ ἐμύησ᾽ Ἑλικωνίδα, λεπτὰ τορήσας
χείλεα, καὶ στενὸν ῥοῦν ὀχετευσάμενος.
ἐκ δὲ τοῦ, εὖτε πίοιμι μέλαν ποτόν, ἔνθεος οἷα
πᾶν ἔπος ἀφθέγκτῳ τῷδε λέγω στόματι.

ALCIATVS:

Vilis canna prius, nec fructibus apta ferendis,
Non acinos, ficus, poma uel ulla dedi.
Sed sacra nunc Musis, tenuiq; dolata labello,
Angusto uenas fonte liquoris ago.
Quem si quando bibi, inuolito uelut enthea chartis,

Et muto innumeros proloquor ore modos.

ΕΙΣ ΓΥΝΑΙΚΑΣ.

παλλαδᾶ.

Ὀργὴ τοῦ διός ἐστι γυνὴ, πυρὸς ἀντιδοθεῖσα
δῶρον ἀνϊηρὸν, τοῦ πυρὸς ἀντίδοτον.
ἄνδρα γὰρ ἐκκαίει ταῖς φροντίσιν, ἠδὲ μαραίνει,
καὶ γῆρας προπετὲς τῇ νεότητι φέρει.
οὐδ᾽ ὁ ζεὺς ἀμέριμνος ἔχει χρυσόθρονον ἥρην,
πολλάκι γοῦν αὐτὴν ῥίψεν ἀπ᾽ ἀθανάτων.
ἠέρι καὶ νεφέλῃσι μετήορον. οἶδεν ὅμηρος
καὶ δία συγγράψας τῇ γαμετῇ χόλιον.
οὕτως οὐδέποτ᾽ ἐστὶ γυνὴ σύμφωνος ἀκοίτῃ
οὐδὲ καὶ ἐν χρυσέῳ μιγνυμένη δαπέδῳ.

τοῦ αὐτοῦ.

πᾶσαν ὅμηρος ἔδειξε κακὴν, σφαλερήν τε γυναῖκα
σώφρονα καὶ πόρνην, ἀμφοτέρας ὄλεθρον.
ἐκ γὰρ τῆς ἑλένης μοιχευσαμένης φόνος ἀνδρῶν,
καὶ διὰ σωφροσύνην πηνελόπης, θάνατοι.
ἰλιὰς οὖν τὸ πόνημα μιᾶς χάριν ἐστὶ γυναικὸς
αὐτὰρ ὀδυσσείη πηνελόπη πρόφασις.

τοῦ αὐτοῦ.

Ο ζεὺς ἀντὶ πυρὸς πῦρ ὤπασεν ἄλλο γυναῖκας
εἴθε δὲ μήτε γυνὴ, μήτε τὸ πῦρ ἐφάνη.
πῦρ μὲν δὴ ταχέως καὶ σβέννυται, ἡ δὲ γυνὴ, πῦρ
ἄσβεστον, φλογερὸν, πάντοτ᾽ ἀναπτόμενον.

ALCIATVS EXPRESSIT.

Fœmina nos tacitis urit de pectore flammis
Quas pro ſublato Iupiter *igne dedit.*
Cur tibi ſumme parens incendia ſpargere uiſum eſt,
Quæ rapiant miſeris pectora noſtra modis?
Nanq; alij pereunt modicis humoribus ignes,
Hic *proprio ſeſe robore ſemper alit.*
Oſſa uirum abſumens tenues uacuatq; medullas,
Vt *citius properet curua ſenecta facit.*
Sed nec lætus habet Iunonem Iupiter, *an non*
Legimus è ſuperis hanc cecidiſſe locis?
Nubibus atque polo pendentem ſcribit Homerus,
Vxori *iratam ſæpius atque* Iouem.
Nam bona ſit quamuis mulier, mala plurima gignit,
Nos Helenæ *exemplo* Penelopeq; *iuuent.*
Fecerat hæc ruerent ſacræ tecta ardua Troiæ,
Sanguineas flueret Xanthus *ut altus aquas.*
Illa autem dum caſta procos ſpe ludit inani,
Atria purpureo plena cruore uidet.
Ergo caue hos proprijs ignes inducere tectis,
Et potius læto pectore caſtus age.

ΕΙΣ ΔΙΚΗΝ. Ἄδηλον.

Ἀσπὶδ' ἀχιλλῆος τὴν ἕκτορος αἷμα πιοῦσαν,
λαερτιάδης δαναῶν εἷλε κακοκρισίῃ.
ναυηγοῦ δὲ θάλασσα κατέσπασε, καὶ παρὰ τύμβον
αἴαντος νεκρὴν ὥρμισεν, οὐκ ἰθάκῃ.

εἰς τὸ

Εἰς τὸ αὐτό.

Καλὰ ποσειδάων δίκασεν πολὺ μᾶλλον ἀθήνης
καὶ κρίσιν ἑλλήνων, συγγενὴν ἀπέδειξε θάλασσα
ἀσπὶς ἐν αἰγιαλοῖσι βοᾷ, καὶ σῆμα τινάσσει
αὐτὴν σ' ἐκκαλέουσα τὸν ἄξιον ἀσπιδιώτην,
ἔρχεο παῖ τελαμῶνος, ἔχεις σάκος αἰακίδαο.

ALCIATVS EXPRESSIT.

Aeacidæ Hectoreo perfusum sanguine scutum,
Quod Græcorum Ithaco concio iniquá dedit.
Iustior arripuit Neptunus, in æquora iactum
Naufragio, ut dominum posset adire suum.
Littoreo Aiacis tumulo, nanq; intulit unda,
Quæ boat & tali uoce sepulchra ferit.
Vicisti Telamoniade, tu dignior armis,
Affectus fas est cedere iustitiæ.

Βιάνορος.

Ἀγγελίην παρ ζηνὸς ἐπεὶ φέρεν ἠεροδίνης
αἰετὸς, οἰωνῶν μοῦνος ἐπουράνιος.
οὐκ ἔφθη τὸν κρῆτα, θοὴν δ' ἐνετείνατο νευρὴν
πτηνὸν δ' ὁ πτερόεις ἰὸς ἐληΐσατο
ζηνὸς δ' οὔτι δίκην ἔλαθεν νόμος, ἔμπεσε δ' ὄρνις
ἀνδρὶ, τὰ δ' εὐστοχίης ἀνταπέτισε βέλη.
αὐχένι δ' ἰὸν ἔπηξεν, ὃν ἥπατι κοίμισεν αὐτὸς
ἐν δὲ βέλος, δισσῶν αἷμ' ἔπιεν θανάτων.

ALCIATVS.

Regia quæ puerum uolucris super æthera traxit,

Portabat summo nuncia dicta Ioui.
Gnosiacæ interea male cauit tela pharetræ,
Fixerunt rapidum spicula certa iecur.
Noxam pœna subit, nec uulnus mansit inultum,
Nam caput in Cretis missa sagitta redit.
Fallaces ueram populi torsere sagittam,
Sed non certa minus tela fuere Iouis.

Ἀρχίου.

Ἐν ποτὲ παμφαίνοντι μελάντερος αἰθέρι ναίων,
σκορπίον ἐκ γαίης εἶδε θορόντα κόραξ,
ὃν μάρψων ὥρουσεν. ὁ δ᾽ ἀΐξαντος ἐπ᾽ οὖδας,
οὐ βραδὺς, εὐκέντρῳ πέζαν ἔτυψε βέλει,
καὶ ζωῆς μιν ἄμερσεν. ἴδ᾽ ὅσσον ἔτευχεν ἐπ᾽ ἄλλῳ,
ἐκ κείνου τλήμων αὐτὸς ἐδέκτο μόρον.

[illegible]S.

Scorpius è terra prorepserat, idq; uidente
Coruo, qui cœlo uictitat in liquido,
Corripuit uisum, fugitq;: sed hic ut humum ales
Contigerat, telo mox ferit, atq; necat.
Ecce tibi quod in hunc auis insidiosa parabat,
Inde sibi acciuit ipsa necem misera.

ALCIATVS.

Raptabat uolucres captum pede coruus in auras
Scorpion, audaci præmia parta gulæ.
Ast ille infuso sensim per membra ueneno
Raptorem in stygias compulit ultor aquas.

O risu

O risu res digna, alijs qui fata parabat,
Ipse perit proprijs succubuitq; dolis.

Ἀδηλον.

Ἀνδροφόνῳ σαθρὸν παρὰ τειχίον ὑπνώοντι,
νυκτὸς ἐπιστῆναί φασι Σάραπιν ὄναρ.
καὶ χρησμῳδῆσαι, κατακείμενος οὗτος, ἀνίσω,
καὶ κοιμῶ μεταβὰς ὦ τάλας ἀλλαχόθι.
ὃς δὲ, διυπνισθεὶς, μετέβη. τὸ δὲ σαθρὸν ἐκεῖνο
τειχίον, ἐξαίφνης εὐθὺς ἔκειτο χαμαί.
σῶστρα δ' ἕωθεν ἔθυε θεοῖς χαίρων ὁ κακοῦργος,
ἥδεσθαι νομίσας τὸν θεὸν ἀνδροφόνοις.
ἀλλ' ὁ Σάραπις ἔχρησε πάλιν διὰ νυκτὸς ἐπιστάς
κήδεσθαί με δοκεῖς ἄθλιε τῶν ἀδίκων;
εἰ μὴ νῦν σε μεθῆκα θανεῖν, θάνατον μὲν ἄλυπον
νῦν ἔφυγες. σταυρῷ δ' ἴσθι φυλαττόμενος.

C. VRS. VELIVS.

Ponè ruinosas homicida quieuerat ædes,
Cui uisus, tacita nocte, Serapis ait
Præscius: hinc ô qui stertis te protinus aufer,
Atq; aliò cubitum progrediare miser.
Euigilans homicida abijt, pariesq; ruinam
Lapsus humi uasta mole repente dedit.
Sospita dehinc fecit dijs sacra nepharius, orto
Sole, ratus lætum cædibus esse deum.
Cui deus in somnis iterum uentura ferebat:
Men' sontes scelerum perdite amare putas?

Quippe quod auerti facilis diſcrimina leti,
Hinc te ſeruandum noueris eſſe cruci.

LVSCINIVS.

Dum caperet ſomnos murum prope latro uetuſtum,
In ſomnis præſto numen adeſſe uidet.
Et ſubito oraclum monuit: Latro mitte ſoporem,
Teq; miſer aliò confer, abiq; celer.
Ceßit ut ille loco, parens, mox concidit ingens,
Inq; ſolum paries ſternitur innocuus.
Sacra memor tantæ fecit latro mane ſalutis,
Atque adeò gratos prædicat eſſe reos.
Poſtera ſed reddit nox uerba, deumq; latroni
Qui mala iactantis contudit ora uiri:
Non, ait, hac nece te uiſum fuit orbe moueri,
Quin magis immanis crux malefacta luet.

Τυλλίου γεμίνου.

Σμίνθος ὁ πατρίης δαιτὸς λίχνος, οὐδὲ μυάγρης
δειλὸς ὁ καὶ θανάτου κέρδεα ληιζόμενος.
νευρολάλον φοίβου χορδὴν θρίσεν, ἡδ᾽ ἐπὶ πῆχυν
ἑλκομένη, θυρὸς λαιμὸν ἀπεβρόχισεν.
τόξων εὐστοχίην θαυμάζομεν, ὃς δὲ κατ᾽ ἐχθρῶν
ἤδη καὶ κιθάρην εὔστοχον ὅπλον ἔχει.

ALCIATVS.

Muſcipulam haud metuens & prodiga belua uitæ,
Quæ laute ut comedat in pagida ultrò ſubit.
Neruiloquam Phœbi chordam corroſit, at hoſtem

Implicuit

Implicuit laqueis pluribus illa suum.
Quid pharetræ certos opus est mirarier ictus?
Si quæ eadem faciant Cynthie plectra tenes.

EIΣ ΔΥΣΠΡΑΓΙΑΝ.

Φιλίππου.

Ἕβρου Θρηικίου κρυμῷ πεπεδημένον ὕδωρ,
νήπιος ἐκβαίνων, οὐκ ἔφυγεν θάνατον.
ἐς ποταμὸν δ' ἤδη λαγαρούμενον ἴχνος ὀλισθὼν
κρυμῷ τοὺς ἁπαλοὺς αὐχένας ἀμφεκάρη.
καὶ τὸ μὲν, ἐξεσύρη λοιπὸν δέμας. ἡ δὲ μένουσα
ὄψις, ἀναγκαίην εἶχε τάφου πρόφασιν.
δύσμορος. ἧς ὠδῖνα διείλετο πῦρ τε καὶ ὕδωρ,
ἀμφοτέρων δὲ δοκῶν, οὐδενός ἐστιν ὅλος.

Est libro tertio huius argumenti & hoc:

Φλάκκου.

Ἕβρου χιμερίοις ἀταλὸς κρυμοῖσι πεδηθεὶς
κοῦρος, ὀλισθηροῖς ποσὶν ἔθραυσε πάγον.
τῷ, παρασυρομένοιο, περιῤῥαγεὺς αὐχέν' ἔκοψε
θηγαλέον ποταμοῦ Βισονίοιο ξύφος.
καὶ τὸ μὲν, ἡρπάσθη δίναις μέρος. ἡ δὲ τεκοῦσα,
ληφθὲν ὑπόθε τάφου μοῦνον ἔθηκε κάρα.
μυρομένη δ' ἡ τάλαινα, τέκος, τέκος, εἶπε. τὸ μὲν
πυρκαϊῇ, τὸ δὲ, σοῦ πικρὸν ἔθαψεν ὕδωρ. (σου

CAES. GERMANICVS AVG.

Thrax puer astricto glacie dum luderet Ebro, ludit in
Frigore concretas pondere rupit aquas.

Dumq́; imæ partes rapido traherentur ab amni,
Præsecuit tenerum lubrica testa caput.
Orba quod inuentum mater dum conderet urna,
Hoc peperi flammis, cætera (dixit) aquis.

POLITIANVS.

παῖς Ἕβρῳ ἐπέθρωσκε πεπηγόθι τυτθὸς ἀθύρων
κρυστάλλου δ᾽ ἐάγη μαρμαρόεν δάπεδον.
χὡ μὲν ὀλισθένων πέσεν εἰς βυθόν, ἀλλ᾽ ἀδιάν
κράτος ἔκερσε δέρην ὀστρακόεις παγετός. (τοῦ
σκήνωος ἄρ᾽ ἐνδόμυχον ῥόθιου ταχὺς ἔσπασεν ὁλ
τῷ πυρὶ δ᾽ ἡ μήτηρ μοῦνον ἔδωκε κάρη. (κός,
εἶπε δ᾽ ἐπιστενάχουσα, τί δύσμορος υἱὸν ἔτευξα;
ἄρ᾽ ὡς στοιχείοιν βρῶμα γένοιτο δυοῖν.

Ἀντιπάτρου.

πλοῦτος Ἀριστείδῃ δάμαλις μία καὶ τριχόμαλλος
ἦν ὄϊς, ἐκ τούτων λιμὸν ἔλαυνε θύρης.
ἤμβροτε δ᾽ ἀμφοτέρων, ἀμνὴν λύκος ἔκτανεν. ὠ
τὴν δάμαλιν. πενίης δ᾽ ὤλετο βουκόλιον. (δὶς,
πηροδέτῳ δ᾽ ὅγ᾽ ἱμάντι κατ᾽ αὐχένος ἅμμα λυγώ
οἰκτρὸς ἀμυκήτῳ κάτθανε πὰρ καλύβῃ. (σας,

ALCIATVS.

Pauper Aristides armenta, gregemq́; tenebat,
Bucula at armentum, grex erat agna sibi.
Verum luce eadem teneram lupus abstulit agnam
Et sæuo partus uacca dolore perit.
Tum uir inops fugiens caulas reuidere tacentes,

Apera

A pera laqueum sumpsit & interitum.

Ἄδηλον.

Αἱ τρισσαί ποτε παῖδες ἐν ἀλλήλοισιν ἔπαιζον
κλήρῳ, τίς προτέρη βήσεται εἰς ἀΐδην.
καὶ τρὶς μὲν χειρῶν ἔβαλον κύβον. ἦλθε δὲ πασέων
ἐς μίαν, ἡ δ' ἐγέλα κλῆρον ὀφειλόμενον.
ἐκ τέγεος δ' ἄρ' ἄελπτον ἀπωλίσθησε πέσημα
δύσμορος, εἰς ἀΐδην δ' ἤλυθεν, ὡς ἔλαχεν.
ἀψευδὴς ὁ κλῆρος, ὅτῳ κακόν, ἐς δὲ τὸ λῷον,
οὔτ' εὐχαὶ θνητοῖς εὔστοχοι, οὔτε χέρες.

ALCIATVS.

Ludebant parili tres olim ætate puellæ
Sortibus, ad stygias quæ prior iret aquas.
Ast cui iactato male cesserat alea talo
Ridebat sortis cæca puella suæ.
Quum subito icta caput labente est mortua tecto,
Soluit & audacis debita fata ioci.
Rebus in aduersis mala sors nõ fallitur, ast in
Faustis, nec precibus est locus aut manui.

Λουκιανοῦ.

Τοῖσι μὲν εὖ πράττουσιν, ἅπας ὁ βίος βραχύς ἐστι
τοῖς δὲ κακῶς, μία νὺξ ἄφλετός ἐστι χρόνος.

LVSCINIVS.

Vita breuis tota est albis numerata lapillis,
At mala nox æuo longior una manet.

~~CORNARIVS.~~

Qui bene semper agunt his uita breuißima cuncta est,
Qui male, nox una his integer annus erit.

ΕΙΣ ΕΛΠΙΔΑΣ.

Ἰουλίου πολυαίνου.

Ἐλπὶς ἀεὶ βιότοιο κλέπτει νόον, ἡ πυμάτη δὲ
ἠὼς, τὰς πολλὰς ἔφθασεν ἀσχολίας.

LVSCINIVS.

Præcipitat mentem uitæ spes longior, hinc est
Quod multa abrumpit cœpta suprema dies.

Ἄδηλον.

Ἐλπίδα, καὶ νέμεσιν εὔνους παρὰ βωμὸν ἔτευξα,
τὴν μὲν, ἵν' ἐλπίζῃς. τὴν δ', ἵνα μηδὲν ἔχῃς.

MARVLLVS.

Quæ nam hæc tam semper quæ læta est? optima rerũ
Spes bona. quæ lateri iuncta? potens Nemesis.
Dux magis, an comes est? uindex magis. unde duabus
Templa eadem? speres ne, nisi quod liceat.

LVSCINIVS.

Dum quereris sperasq;, pius licet ingere uota
Templis, ut poscas, id uolo, nilq; habeas.

ALCIATVS.

Spes simul & Nemesis nostris altaribus adsunt,
Scilicet ut speres nil nisi quod liceat.

IDEM.

Quæ dea tam læto suspectans sidera uultu?

Cuius

Cuius peniculis reddita imago fuit?
Elpidij fecere manus, ego nominor illa,
Quæ miseris promptã spes bona præstat opem.
Cur uiridis tibi Palla? quod omnia me duce uernent.
Quid manibus mortis tela refracta geris?
Quod uiuos sperare decet, præcido sepultis.
Cur in dolioli tegmine pigra sedes?
Sola domi mansi uolitantibus undiq; noxis,
Ascræi ut docuit Musa uerenda senis.
Quæ tibi adest uolucris? cornix fidißimus oscen
Est bene quum nequeat dicere, dicit erit.
Qui comites? bonus euentus, præcepsq; Cupido.
Qui præeunt? uigilũ somnia uana uocant.
Quæ tibi iuncta adstat? scelerũ Rhamnusia uindex,
Scilicet ut speres nil nisi quod liceat.

ΕΠΑΙΝΟΙ. Ἀδήλου.

Ἐσθλὰ λέγειν αἰεὶ πάντας, καλόν. αἰσχρὰ δὲ δεινόν,
κἂν ὦσιν τούτων ἄξιοι, ὧν λέγομεν.

BERGIVS.

Dicere de cunctis bona pulchrum est, turpia iniquũ:
Sint licet hoc digni crimine quod loquimur.

ΕΙΣ ΕΡΩΤΑ.

Μελεάγρου.

Τρισσαὶ μὲν χάριτες, τρεῖς δὲ γλυκυπάρθενοι ὧραι
τρεῖς δέ με θηλυμανεῖς οἰστροβολοῦσι πόθοι.

ἦ γάρ τοι τρία τόξα κατήρυσεν, ὡς ἄρα μέλλων
  οὐχὶ μίαν τρώσειν, τρεῖς δ᾽ ἐν ἐμοὶ κραδίας.

[illegible]VS.

Sunt Charites ternæ, tres pulchræ Horæq; puellæ,
  Et desiderium me impetit inde triplex.
Spicula trina tuli, tanquam quæ noxia uellent
  Non unum, ast triplex cor penetrare mihi.

ALCIATVS.

Tres Charites, tres blanditrahis Syrenes ocellis,
  Trina quoq; in nostro corde puella sedet.
Cur crudelis amor triplices iaculare sagittas,
  An me trina puer corda tenere putas?

Ἄδηλον.

Αὐτὸ δ᾽ ὁ πυρὸς καύσειν διζήμενος οὗτος, ὃ νύκτωρ
  τὸν καλὸν ἱμείρων λύχνον ἀναφλογίσαι,
δεῦρ᾽ ἀπ᾽ ἐμῆς ψυχῆς ἄναψον σέλας. ἔνδοθι γάρ
  καιόμενον, πολλὴν ἐξανίησι φλόγα. (μοι

BERGIVS.

Huc properate omnes qui ardentem quæritis ignem,
  Quos iuuat accensam corde fouere facem.
Flammiger est animus, mea sunt præcordia flamma,
  Hinc lucem à nostra sumere mente licet.

ALCIATVS.

Qui cineres & ligna paras comburere flammis,
  Quod facto accendas lumine lumen habes.

Pone

Pone age iam follem, ex anima succendere lychnum
Incipe, nam flammas pectora nostra uomunt.

Huius argumenti est & hoc è lib. quarto:

Οὗτος ὁ τὸν δαλὸν φυσῶν ἵνα λύχνον ἀνάψῃς,
δεῦρ᾽ ἐπ᾽ ἐμᾶς ψυχᾶς ἅψον. ὅλος φλέγομαι.

~~[illegible]VS.~~

Quid torrem insufflas cupiens accendere lumen,
Hanc animam attingas, ardeo totus ego.

Hucpertinent qui à Gellio citantur uersus.

PORTII LIGINII.

Custodes ouium teneræq; propaginis agnûm,
Quæritis ignẽ? ite huc. quæritis? ignis homo est.
Si digito attigero, incendam syluam simul omnem,
Omne pecus flamma est, omnia quæ uideo.

AEDITVI.

Dicere quum conor curam tibi Pamphila cordis,
Quid mi abs te quæram, membra labris abeunt.
Per pectus miserum manat subito mihi sudor,
Si tacitus, subidus, duplo ideo pereo.

IDEM.

Quid faculam præfers Phileros, qua nil opus nobis,
Ibimus, hic lucet pectore flamma satis,
Istam non potis est uis sæua extinguere uenti,
Aut imber cœlo candidus præcipitans.
At contra hunc ignem Veneris, si non Venus ipsa,

Nulla est quæ poßit uis alia opprimere.

ΕΡΩΣ ΔΡΑΠΕΤΗΣ, ΜΟΣΧΟΥ.

Ἁ κύπρις τὸν ἔρωτα τὸν υἱέα μακρὸν ἐβώστρει,
εἴ τις ἐνὶ τριόδοισι πλανώμενον εἶδεν ἔρωτα,
δραπετίδας ἐμός ἐστιν. ὁ μανυτὰς, γέρας ἑξεῖ.
μισθός τοι τὸ φίλαμα τὸ κύπριδος. ἢν δ' ἀγάγῃς νιν,
οὐ γυμνὸν τὸ φίλαμα, τὺ δ' ὦ ξένε, καὶ πλέον ἑξεῖς.
ἔστι δ' ὁ παῖς περίσαμος. ἐν εἴκοσι πᾶσι μάθοις νιν.
χρῶτα μὲν οὐ λευκὸς, πυρὶ δ' εἴκελος. ὄμματα δ' αὐτῷ
δριμύλα, καὶ φλογόεντα. κακαὶ φρένες. ἁδὺ λάλημα,
οὐ γὰρ ἴσον νοέει καὶ φθέγγεται, ὡς μέλι φωνά.
ἢν δὲ χολᾷ, νόος ἐστὶν ἀνάμερος, ἠπεροπευτάς.
οὐδὲν ἀλαθεύων. δόλιον βρέφος. ἄγρια παίσδει.
εὐπλόκαμον τὸ κάρανον. ἔχει δ' ἰταμὸν τὸ πρόσωπον.
μικκύλα μὲν τήνῳ τὰ χερύδρια, μακρὰ δὲ βάλλει,
βάλλει κεἰς ἀχέροντα, καὶ εἰς ἀΐδεω βασιλῆα.
γυμνὸς μὲν τό γε σῶμα, νόος δέ οἱ ἐμπεπύκασται.
καὶ πτερόεις ὅσον ὄρνις ἐφίπταται ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλους
ἀνέρας ἠδὲ γυναῖκας. ἐπὶ σπλάγχνοις δὲ κάθηται.
τόξον ἔχει μάλα βαιόν. ὑπὲρ τόξῳ δὲ, βέλεμνον.
τυτθὸν ἐὸν τὸ βέλεμνον. ἐς αἰθέρα δ' ἄχρι φορεῖται.
καὶ χρύσεον περὶ νῶτα φαρέτριον. ἔνδοθι δ' ἐντὶ
τοὶ πικροὶ κάλαμοι, τοῖς πολλάκι κἠμὲ τιτρώσκει.
πάντα μὲν ἄγρια, πάντα. πολὺ πλεῖον δὲ ἡ αὐτῷ.
βαιὰ λαμπὰς ἐοῖσα, τὸν ἅλιον αὐτὸν ἀναίθει.

ἢν τύ γ'

ἢν τύ γ' ἕλῃς τῆνον, δαμάσας ἄγε. μηδ' ἐλεήσῃς.
κἢν ποτίδῃς κλαίοντα. φυλάσσεο μή σε πλανήσῃ.
κἢν γελάῃ, τύ νιν ἕλκε. καὶ ἢν ἐθέλῃ σε φιλᾶσαι,
φεῦγε. κακὸν τὸ φίλαμα. τὰ χείλεα φάρμακόν ἐντί.
ἢν δὲ λέγῃ, λάβε ταῦτα, χαρίζομαι ὅσσά μοι ὅπλα,
μὴ τὺ θίγῃς. πλάνα δῶρα. τὰ γὰρ πυρὶ πάντα βέ-
(βαπται.

AMOR FVGITIVVS.

POLITIANVS.

Quum Venus intento natum clamore uocaret,
Si quisquam in triuijs errantem uidit Amorem,
Hic fugitiuus, ait, meus est, pretium feret index
Basiolum Veneris. quod si ad me duxeris illum,
Non simplex dabo basiolum, plus hospes habebis.
Insignis puer est, totam ac cognosce figuram.
Corpore non niueus, uerum ignem imitatur. ocelli
Acres, flammeoli, mala mens, suauißima uerba.
Quod loquitur non sentit idem, uox mellea, sed cum
Ira inflammatur, tum mens illi effera. fallax,
Fraudator, mendax, ludit crudele puellus.
Crispulus est illi uertex, faciesq; proterua,
Exiguæq; manus. procul autem spicula torquet,
Torquet in umbriferũq; Acheronta, & regna silentũ.
Membra quidem nudus, mentem uelatus, auisq;
More citans pennas, nunc hos, nunc aduolat illos,
Sæpe uiri pressans præcordia, sæpe puellæ.

Arcum habet exiguũ, super arcu imposta sagitta est.
Parua sagitta quidem, sed cœlum fertur adusq;.
Parua pharetra olli dependet & aurea tergo.
Sunt & amari intus calami, quibus ille proteruus
Me quoq; sæpe ferit matrem: sunt omnia sæua,
Omnia, seq; ipsum multo quoq; sæuius angit.
Verbere si prendes age, ne miserare puellum.
Si flentem aspicias, ne mox fallare caucto.
Sin arridebit, magis attrahe: & oscula si fors
Ferre uolet, fugito: sunt oscula noxia, in ipsis
Sunt uenena labris. Si fors ita dixerit, heus tu
Accipe, nempe tibi cuncta hæc mea largior arma.
Nequicquam attigeris fallacia munera Amoris:
Omnia nanq; igni sunt infecta illius arma.

ALITER. Incerto interprete.

Perdiderat natum genitrix Cytheræa uagantem,
Anxia sollicito quem dum per compita passu
Quærit, ab excelso tales canit aggere uoces:
Errabunda meus uestigia forte Cupido
Quà fugiens tulerit, quisquis monstrarit aperto
Indicio, huic merces Veneris libanda ferentur
Oscula. captiuum si quisquam adduxerit, illi
Mox aliquid gaudens ultra dabit oscula mater.
Quo reperire queas puerum, bis dena dabuntur
Signa tibi, cautus memori quæ mente recondes.
Huic non candor inest, rubor igneus inficit omne
Corpus

Corpus, & ardescunt acri contenta nitore
Lumina: nec dulces sequitur mens subdola uoces.
Quippe hyblæa sonus uincit dulcedine mella.
Sed male fallaci respondent pectore sensus.
Feruidus accensa si quando exæstuat ira,
Indomitos animos gerit, immansuetaq; corda.
Seducit uerbis, nec uera fatebitur unquam.
Est puer ille quidem, magno sed prouidus astu:
Ludit & interdum, sed ludens seria tentat.
Dependent humeris crispi certo ordine crines.
Nec pudor audaci, nec inest reuerentia uultu.
Sunt illi paruæq; manus, paruiq́; lacerti,
Sed tamen exiguo longos de corpore iactus
Dirigit: ima ferum telo sub tartara Ditem
Perculit, & regem manes sensere subactum.
Candida cum stygio rapta est Proserpina curru.
Corpora nuda gerit nullo uelamine tectus,
Verum animus uario prudens ornatur amictu.
Præterea aligero suspendens membra uolatu,
Hinc nymphas petit, inde uiros: ultroq́; receptus,
Visceribus sedem sibi ponit & ossibus imis.
Est breuis huic arcus, sed quo fatalis arundo
Vsque sub astra suum seruat propulsa tenorem.
Auratam cernes humero pendere pharetram,
Pestiferosq; intus calamos, quibus impius ille
Ipsi sæpe mihi letalia uulnera fecit.

Omnia sæua quidem, sed cunctis sæuius illud:
Dextra facem uibrat, miseras quæ iacta medullas
Pascitur: hæc ipsum Solem succenderet æstu.
Hunc si nexilibus poteris constringere nodis
Duc arcte uinctum, neu tu miserare precantis:
Quamuis aspicias manantia lumina fletu,
Decipiare caue: nec si ridentia cernas
Ora, graui iubeas laxari uincula nexu.
Quod si te blandis inuitet ad oscula uerbis,
Effuge: nam labris certum est habitare uenenum.
Si uero facili promittet munera uultu,
Telaq́; , Gnosiacosq́; arcus, pictamq́; pharetram,
Noxia dona time, quicquid tetigere perurunt.

Inquirens longum planxit Venus aurea natum,
An'ne quis in triuijs errantem uidit Amorem?
Si quis enim exclamans fugitiuum ostenderit illum,
Oscula præmium erunt Veneris: si adduxerit autem,
Non tantum oscula nuda feret, plus hospes habebit.
Est pueri insignis facies, ut imagine noscas,
Non color albus, at igneus est, ardentia flammæ
Lumina sunt instar, mala mens, suauissima uerba.
Non semper quod sentit ait, sed mellea uox est.
Quod si indignetur, mens implacabilis illi est.
Nil uerum dicit, dolus omnia, ludit inique.
Est comptus uertex, facies est improba semper.

Suntq́;

Suntq; manus graciles, sed ualde crede potentes,
His potis est Acheronta atq; Orci uincere regem.
Nudus membra quidem, sed contectißima mens est.
Insilit atque etiã modo in hunc, modo in alterũ ut ales.
Non uir, non mulier, sua uiscera tuta recondit.
Arcus ei contractus, at illo impellere telum
Est solitus breue, sed quod in æthera fertur.
Aurea de tergo dependet deinde pharetra
Plena malis calamis, quibus ipsa ego saucia mater
Sæpe fui, sunt cuncta agrestia. plus tamen est fax
Noxia, qua potis est ipsum quoq; adurere Phœbum.
Hunc si tu prendas currens duc, ne miserere,
Si flentem uideas, obserues, fallere nam uult:
At si riserit attrahe fortiter: oscula si uult
Porrigere, effugias. labra eius certa uenena.
Si dicet capias hæc munera, cuncta mea arma,
Ne attigeris, fallacia sunt, atque ignea cuncta.

Huc allusit quum de seipso scriberet,

C. VRS. VELIVS.

Basiolum merui Veneris, si friuola non sunt
Verba deæ, seruat pollicitisq; fidem.
Nanq; per immensum profugũ dum quæritat orbem
Filiolum, & triuijs errat in ambiguis,
Aequoreosq; aditus rimatur, & ardua cœli
Culmina, nec puerum repperit alma parens.
Inueni fugitiuum in me sua tela nouantem

Intra formosæ lumina Pasiphiles.
Prodere quem mens est, nostris nanq; oßibus ille
Ignem lasciuis implicat ex oculis.
Accenditq; malis crudelis amoribus ægrum.
Si prodo hunc duplici commoditate fruar.
Suauiolum Cytheræa dabit, me prensus & ille
Desinet occultis perdere deinde dolis.
Quod si diua neget mortali basia, tanti
Mi fuerit, si det figere Pasiphilæ.

Ἀντιπάτρου.

Μὴ κλαίων τὸν ἔρωτα δόκει τλήμβροτε πείσειν.
μὴ δ᾽ ὀλίγῳ παύσειν ὕδατι πῦρ ἀπνιές.
χρυσὸς ἔρωτος ἀεὶ παιώνιος, ἐσβέσθη δὲ
οὐδὲ τότ᾽ ἐν πολλῷ κρυπτόμενος πελάγει.

ALCIATVS.

Quid fles? an ualidum sedari credis amorem
Fletibus? haud minima perditur ignis aqua.
Nam nisi dura Venus rapidas contemneret undas
E medio nunquam nata foret pelago.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους πρὸς Ἔρωτα
Πασιφάη ἐρῶσα τοῦ ταύρου.

Εἰ ποθέειν μ᾽ ἐδίδαξας ἐν οὔρεσι ταῦρον ἀλήτην
μυκηθμόν με δίδαξον, ὅπως φίλον ἄνδρα καλέσσω.

CORNARIVS.

Qui insano tauri fecisti percitam amore,
Mugitum adde precor, quo mihi uir ueniat.

ALCIATVS.

Pasiphaën crudelis amor cur ludis amantem?
Quid'ue illi gratæ copia uocis abest?
Aut alias igitur telo confige puellas,
Gaudeat ut laqueis libera facta tuis.
Aut captam doceas illam mugire, maritum
Vt taurum sonitu pelliciente uocet.

MARVLLVS.

Quum male formosum sequeretur in auia taurum,
Sic Venerem contra Gnosia questa feram est:
Si mihi bos fuerat dea uir te dante futurus,
Cur non insanæ Prætidos ora dabas?

Ζηνοδότου.

Τὶς γλύψας τὸν ἔρωτα, παρὰ κρήνῃσιν ἔθηκεν,
οἰόμενος παύσειν τοῦτο τὸ πῦρ ὕδατι.

IANVS LASCARIS.

Quis puerum Veneris statuit prope fluminis haustus
Prouidus? hanc flammam scilicet unda premet.

Λουκιανοῦ.

Οὐχ ὁ ἔρως ἀδικεῖ μερόπων γένος, ἀλλ' ἀκολά-
στοις ψυχαῖς ἀνθρώπων ἔσθ' ὁ ἔρως πρόφασις. (sols

Immeritum incusant mortalia pectora amorem,
Vano prætextu spurca libido latet.

Ἀδήλου.

Ἔρωτα παύει λιμός. εἰ δὲ μή, χρόνος.

ἐὰν δὲ μὴ δὲ ταῦτα τὴν φλόγα σβέσῃ
θεραπεία σοὶ τὸ λοιπὸν ἠρτήσθω βρόχος.

ALCIATVS.

Amorem egena ſedat ac ſuperat fames.
Sin, tempus. aſt id ſi nequibit uincere,
Laqueus medelam gutturi nexus dabit.

Ἀργυταρίου.

Αὐγάζω τὸν ἄφυκτον ἐπὶ σφραγῖδος ἔρωτα
χερσὶ λεοντείαν ἀνιοχεῦντα βίαν.
ὡς τᾷ μὲν μάστιγα κατ' αὐχένος, ᾷ δὲ χαλινοὺς
εὐθύνει. πολλὰ δ' ἀμφιτέθηλε χάρις.
φρίσσω τὸν βροτολοιγόν. ὁ γὰρ καὶ θῆρα δαμάσδων,
ἄγριον, οὐδ' ὀλίγων φείσεται ἀμερίων.

ALCIATVS.

Aſpice ut inuictus uires auriga leonis
Expreſſus gemma puſio uincat amor.
Vtq; manu hac ſcuticam teneat, hac flectat habenas,
Vtq; ſit in pueri plurimus ore decor.
Dira lues procul eſto, feram qui uincere talem
Eſt potis, à nobis temperet an' ne manus?

ΕΙΣ ΕΥΣΕΒΙΑΝ.

Καρπυλλίδου.

Ἰχθύας ἀγκίστρῳ τις ἀπ' ᾐόνος εὔγριχι βάλλων
εἵλκυσε ναυηγοῦ κρᾶτα λιποτριχέα.
οἰκτείρας δὲ νέκυν τὸν ἀσώματον, ὀξὺ ἀσιδήρου
χειρὸς ὑποσκάπτων, λιτὸν ἔχωσε τάφον.

εὗρε

εὗρε δὲ κευθόμενον χρυσοῦ κλέας. ἦ ῥα δικαίοις
ἀνδράσιν εὐσεβίης οὐκ ἀπόλωλε χάρις.

C. VRS. VELIVS.

Capturo pisces hamata in littore seta
Naufraga forte hominis calua prehensa fuit.
Qui caput auulsum membris miseratus, inermi
Prosubigens fecit uilia busta manu.
Pondus ubi infossi terræ graue repperit auri,
Gratia sic iustis nulla bonisq; perit.

ALCIATVS.

Quum curuos piscator aquis educeret hamos,
Naufragi anfractum sustulit ære caput.
Maxima mox hominis flens infortunia, paruo
Quæ super hinc fuerant condidit ossa solo,
Pondera sed fodiens ingentia repperit auri,
Iusto homini nunquam gratia facta perit.

ΕΙΣ ΕΥΤΥΧΙΑΝ.

Ἀντιπάτρου.

Η καὶ ἔτ' ἐκ βρέφεος κοιμωμένη Ἀντιοδημίς,
πορφυρέων Παφίης νοσσὶς ἐπὶ κροκίδων,
ἢ τακεραῖς λεύσσουσα κόραις μαλακώτερον ὕπνου,
λυσίδος ἁλκυὼν τερπνὸν ἄθυρμα μέθης,
ὑδατίνους φορέουσα βραχίονας, ἣ μόνη ὀστοῦν
οὐ λάχεν, ἣν γ' ὅλη τοὺν ταλάροισι γάλα,
Ἰταλίην ἤμειψεν, ἵνα πτολέμοιο, καὶ αἰχμῆς,
ἀμπαύσῃ Ῥώμην μαλθακίνῃ χάριτι.

In me rursus erit fera, postquam creuerit ex me.
Natura haud unquam uertitur officijs.

C. VRS. VELIVS.

Admoueo nolens catulo distenta lupino
Vbera, eò me amens sed trahit upilio.
In me, lacte meo nutritus, sæuiet olim.
Flectere naturam gratia nulla potest.

ALCIATVS.

Capra lupum non sponte meo nunc ubere lacto,
Quod male pastoris prouida cura iubet.
Creuerit ille, simul mea me post ubera pascet.
Improbitas nullo flectitur obsequio.

IANVS PANNONIVS.

Agna lupum pasco proprijs inuita mamillis,
Pastoris fatui sed iubet imperium.
Nutritus per me, rursus scio sæuiet in me.
Vertere naturam gratia nulla potest.

Λουκιανοῦ.

Φαῦλος ἀνήρ, πίθος ἐστὶ τετρημένος, εἰς ὃν ἅπαντα
ἀντλῶν τὰς χάριτας, εἰς κενὸν ἐξέχεας.

[illegible]VS.

Pertusum uas est ingratus homuntio semper,
Omne quod infundis perfluit in nihilum.

LVSCINIVS.

Rimarum plenus perdit tua dona scelestus,
Si sapis integro uina reconde cado.

τίνας ἂν εἴποι λόγους Κλυταιμνήστρα,
μέλλοντος αὐτὴν σφάζειν Ὀρέστου.
ποῖ ξίφος ἰθύνεις; ἐπὶ γαστέρος, ἢ ἐπὶ μαζῶν;
γαστὴρ ἥ σ' ἐλόχευσεν. ἀνεθρέψαντο δὲ μαζοί.

MORVS.

Quà gladiũ intrudes, per uentrem'ne, an'ne papillas?
Te peperit uenter, te lactauere papillæ.

ΕΙΣ ΕΥΧΗΝ.

Ἀδέσποτον.

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις, καὶ ἀνεύκτοις
ἄμμι δίδου. τὰ δὲ λυγρὰ, καὶ εὐχομένων ἀπερύκοις.

MORVS.

Da bona, siue rogere deus, seu nulla rogere,
Et procul à nobis mala quæq; petentibus aufer.
Et mala siue petare nega, siue nulla petare.

ΕΙΣ ΕΧΘΡΟΥΣ.

Σταφυλλίου φλάκκου.

Πένθιμον ἡνίκα παρὶ Πολυξείνης ὑμέναιον
ἦυσεν ὄγκωτοῦ Πύῤῥος ὕπερθε τάφου.
ὧδε πολυκλαύστοιο κόμας λακίσασα καςήνου,
νιωβίς τηκέων κλαῦσε φόνους Ἑκάβη.
πρόσθε μὲν ἀζονίοις φθιτὸν εἴρυσας Ἕκτορα δεσμοῖς,
νῦν δὲ πολυξείνης αἵμασ' ἔχεις φθίμενος.
Αἰακίδη, τί τοσοῦτον ἐμὴν ὠδύσαο νηδύν;
πᾶσιν ἔφυς γὰρ ἐμοῖς ἤπιος οὐδὲ νέκυς.

ALCIATVS.

Cum patrio Pyrrhus tumulo miserabile fecit
Coniugium, & Priami dedita nata neci est.
Euellens canos Cisseis uertice crines
Filiolæ flebat funera tetra parens.
Qui uiuus traxit currulibus hectora uinclis,
Quæ mihi sola super, pignora functus habet,
Cur tantum Aeacides odit mea pignora? qui nec
Mortuus in nostrum mitis adest uterum?

ΕΙΣ ΖΩΑ.

Πολιαίνου.

Δορκάδος ἀρτιτόκοιο τιθλωκτήριον οὖθαρ
ἔμπλεον εἰδοῦσα πικρὸς ἔτυψεν ἔχις.
νεβρὸς δ' ἰομιγῆ θηλὴν σπάσε, καὶ τὸ δυσαλθὲς
τραύματος ἐξ ὀλοοῦ πικρὸν ἔβρωξε γάλα.
ἄλλων δ' ἠλλάξαντο, καὶ αὐτίκα νηλέϊ μοίρῃ
ἣν ἔπορεν γαστὴρ, μαστὸς ἀφεῖλε χάριν.

C. VRS. VELIVS.

Vbera uix posito capreæ nutricia fœtu
Plena uidens tetigit uipera dente graui.
Deinde uenenatæ lac immedicabile mammæ
Hinnulus attactis hausit ab uberibus.
Proq; parente recens natus cadit, illico uenter,
Quod dederat, sæua morte papilla tulit.

Ἀρχίου.

Οὐ μόνον εὐάροτρον βόες οἴδαμεν αὔλακα τέμνειν

ἀλλ' ἴδε καὶ πόντου νῆας ἀφελκόμεθα.
ἔργα γὰρ εἰρήνης δεδιδάγμεθα. καὶ σὺ θάλασσα
δελφῖνας γαίης ζεῦξον ἀροτροφορεῖν.

C. VRS. VELIVS.

Non solum humectas proscindere uomere terras
Scimus, & ex alto ducimus ecce rates.
Pacis opus docti sumus. & delphinas aratro
Iunge mare, & iunctos arua secare iube.

Γερμανικοῦ καίσαρος.

Οὔρεος ἐξ ὑπάτοιο λαγὼς πέσεν ἐς ποτὶ βένθος,
ἐκπροφυγεῖν μεμαὼς ἔγχαω ὀδόντα κυνός.
ἀλλ' οὐδ' ὡς ἤλυξε κακὸν μόρον. αὐτίκα γάρ μιν
εἰνάλιος μάρψας, πνεύματος ὠρφάνισεν.
ἐκ πυρὸς ὡς αὖ νῶς πέσες ἐς φλόγας. ἦ ῥά σε δαί-
κὴν ἁλὶ, κὴν χέρσῳ, θρέψε κύνεσσι βορήν. (μων

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἐκ κανὸς εἷλε κύων με. τί δὲ ξένον, εἰς ἐμὲ θῆ-
ὑγροὶ, καὶ πεζοὶ, θυμὸν ἔχουσιν ἕνα. (ρες
αἰθέρα λοιπὸν ἔχοιτε λαγοὶ βατόν. ἀλλὰ φοβοῦ-
οὐρανὲ, καὶ σὺ φέρεις ἀστερόεντα κύνα. (μαι

C. VRS. VELIVS.

A cane uenanti profugum satus æquore cœpit,
Nec mirum, in me odio sæuit uterq; pari.
Restat adhuc cœlum lepores, sed & horreo cœlum
Te, cui sidereum scimus inesse canem.

Τιβερίου.

Τιβερίου.

Δίκτυον ἐκθρώσκοντα πολύπλοκον ἄγριον λαγωόν,
σεῦε κύων θερμοῖς ἴχνεσιν ὠκυπόδην.
ξηχὺν ὅδ' ἐκνεύσας ταχινῶς πάρον, ἐξ βαθὺ πόν
ἥλατ' ἀλυσκάζων κῦμα παρακτίδιον. (του
εἰνάλιος τόνδ' αἶψα κύων βρυχηδὸν ὀδοῦσι
μάρψε. κυσὶ τλήμων ἦν ἄρ' ὀφειλόμενος.

AVSONIVS.

Trinacrij quondam currentem in littoris ora
Ante canes, leporem cœruleus rapuit.
At lepus: in me omnis terræ pelagiq; rapina est,
Forsitan & cœli, si canis astra tenet.

Ἀντιφίλου.

Παμφάγος ἐρπυστὴς κατὰ δώματα λιχνοβόρος
ὄστρεον ἀθρήσας χείλεσι πεπταμένον, (μῦς,
πώγωνος διεροῖο νόθην ὠδάξατο σάρκα.
αὐτίκα δ' ὀστρακόεις ἐπλατάγησε δόμος.
ἁρμόσθη δ' ὀδύναισιν. ὁ δ' ἐν κλείθροισιν ἀφύ-
ληφθείς, αὐτοφόνον τύμβον ἐπεσπάσατο. (κτοις

ALCIATVS.

Regnator penus, & mensæ corrosor herilis
Ostrea mus summis uidit hiulca labris.
Quîs tenerã apponens barbam falsa ossa momordit,
Illa recluserunt tacta repente domum.
Deprensum & tetro tenuerunt carcere furem

Semet in obscurum qui dederat tumulum.

Ἀρίστωνος.

Ὦ μύες, εἰ μὲν ἐπ᾽ ἄρτον ἐληλύθατ᾽, ἐς μυχὸν ἄλλον
    στείχετ᾽, ἐπεὶ λιτὴν οἰκέομεν καλύβην.
οὗ, καὶ πίονα τυρὸν ἀποδρέψεσθε, καὶ αὔην
    ἰσχάδα, καὶ δεῖπνον σύχνον ἀπὸ σκυβάλων.
εἰ δ᾽ ἐν ἐμαῖς βίβλοισι πάλιν καταθήξετ᾽ ὀδόντα,
    κλαύσεσθ᾽, οὐκ ἀγαθὸν κῶμον ἐπερχόμενοι

ALCIATVS.

Si panem petitis mures, penetralia nostra
    Linquite, nulla mihi copia panis adest.
Ast alias lustrate domos, ubi cernere detur
    Lac pressum, & lauti pascua aqualiculi.
Nam si cœperitis libros hic rodere, faxo
    Flebitis, in uestro nil sapit ore liber.

Si petitis panem mures has linquite sedes,
    Frugali uiuo nanq; tuguriolo.
Non hic caseolos pingues, nec rodere ficus,
    Nec retrimenta hic densa uorare datur.
Dentibus at libros si rodere pergitis, eheu
    Flebitis, atq; ingens prandia luctus erunt.

ΕΙΣ ΖΩΗΝ.

Ἄδηλον.

Τρεῖς ἐτέων δεκάδας, τριάδας δύο, μέτρον ἔθηκαν
    ἡμετέρης βιοτῆς μάντιες αἰθέριοι.

ἄρκοῦμαι τούτοισιν. ὁ γὰρ χρόνος ἄνθος ἄριστον
ἡλικίης. ἔθανε χὼ τριγέρων πύλιος,

Me annorum decadas treis uates forte rogatus
Victurum, binas dixit & hinc triadas.
Sufficit hæc ætas, quæ summo in flore iuuentæ est,
Trisėclis numero hoc Nestor & interijt.

ΕΙΣ ΗΧΩ. Ἀρχίου.

εὔφημος γλῶσση προσαμείβεο τὰν λάλον ἠχὼ,
κοὐ λάλον. ἢν ἐθέλω κλύω τοῦτ' ἀπαμειβομένην.
εἰς σὲ δ' ὃν σὺ λέγεις, στρέψω λόγον. ἢν δὲ σιωπᾷς,
σιγήσω. τίς ἐμεῦ γλῶσσα δικαιοτέρη;

Echo uocalem & mutam me rite salutes,
Audio si saltem, cuncta ego retribuam.
In te conuertam quod dicis, si taceas tu
Conticeo, an lingua iustior ulla mea est?

ΕΙΣ ΘΑΝΑΤΟΝ ΚΑΙ ΕΙΣ
ΘΑΝΟΝΤΑΣ. Ἀγαθίου.

τὸν θάνατον τί φοβεῖσθε, τὸν ἡσυχίης γενετῆρα;
τὸν παύοντα νόσους, καὶ πενίης ὀδύνας;
μοῦνος ἅπαξ θνητοῖς παραγίγνεται οὐδέποτ' αὐτὸν
εἶδέν τις θνητῶν δεύτερον ἐρχόμενον.
αἱ δὲ νόσοι, πολλαὶ καὶ ποικίλαι, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον
ἐρχόμεναι θνητῶν, καὶ μεταβαλλόμεναι.

MORVS.

Num stultum est mortem matrem timuisse quietis?
Quam fugiunt morbi, moestaq; pauperies?
Sola semel miseris sese mortalibus offert,
Nec quisquam est ad quem mors iterum rediit.
At reliqui morbi uarij, multiq; uicissim
Nunc hunc, nunc illum, terq; quaterq; premunt.

LVSCINIVS.

Mortem cur timeas, solidam paritura quietem
Quae morbis releuat pauperieq; graui.
Sola semel uisa est hominum petijsse penates,
Atque ego disperеam, denuo si redeat.
Languores contrà multi & uarij hunc, uarij illum
Infestant, uicibus deinde redire solent.

Παλλαδᾶ.

Πάντες τῷ θανάτῳ τηρούμεθα, καὶ τρεφόμεθα,
ὡς ἀγέλη χοίρων σφαζομένων ἀλόγως.

BERGIVS.

Viuimus heu morti, morti quoq; nascimur omnes,
Vt grex porcorum qui temere intereunt.

Τοῦ αὐτοῦ.

Σῶμα, πάθος ψυχῆς, ἅδης, μοῖρ', ἄχθος, ἀνάγκη
καὶ δεσμὸς κρατερός, καὶ κόλασις βασάνων.
ἀλλ' ὅταν ἐξέλθῃ τοῦ σώματος ὡς ἀπὸ δεσμῶν
τοῦ θανάτου, φεύγει πρὸς θεὸν ἀθάνατον.

IDEM.

Carcer & infernus, tum luctus tristeq; pondus

Est

Est animo corpus, quum dominatur ei.
Hoc laxatus enim sæuæ ceu à carcere mortis
Peruolat ad sedem candidus ipse deûm.

ALCIATVS.

Vita hominum infelix & pluribus anxia noxis,
Quam metus exagitat, spes & inanis alit.
Mors igitur felix affectu obnoxia nullo,
Quæ nos æthereis sedibus alma locat.

Παλλαδᾶ ἐπὶ δυσὶ βρέφεσιν ἅμα τε-
χθεῖσι καὶ εὐθὺς ἀποθανοῦσι.

γραμματικοῦ θυγάτηρ ἔτεκεν φιλότητι μιγεῖσα,
παιδίον ἀρσενικόν, θηλυκόν, οὐδέτερον.

BAPTISTA PIVS.

Filia grammatici peperit genitalibus annis
Iuncta, marem neutrum fœmineumq́; genus.

IOAN. SOTER.

Filia grammatici peperit cõmixta marito
Masclinum, neutrum, fœmineumq́; genus.

AVSONIVS.

Rufus uocatus rhetor olim ad nuptias
Celebri fit ut conuiuio:
Grammaticæ ut artis se peritum ostenderet,
Hæc uota dixit nuptijs:
Et masculini, & fœminini gignite,
Generisq́; neutri filios.

Βιάνορος.

κοῦρον ἀποπλανίην ἐπιμάζιον ἐρμώνακτα

φεῦ βρέφος ὡς ἀδίκως εἷλετε βομβύκες.
ἠγνοίησεν ὁ δείλαιος ἐς ὑμέας οἷα μελίσσαις
ἐλθών. αἰδ' ἔχεων ἦτε χερειότεραι.
ἀντὶ δὲ οἱ θοίνης, ἐσεμάξατε φοίνια κέντρα
ὦ πικραί, γλυκερῆς ἀντίπαλοι χάριτος.

ALCIATVS.

Matre procul licta paulum secesserat infans
Lydius, hunc diræ sed rapuistis apes.
Venerat hic ad uos placidas ratus esse uolucres,
Quum nec ita immanis uipera sæua foret.
Quæ datis ab dulci stimulos pro munere mellis,
Proh dolor, heu sine te gratia nulla datur.

Αδηλον.

Εἰς ἀΐδην ἰθεῖα κατήλυσις, εἴτ' ἀπ' ἀθηνῶν
στείχοις, εἴτε νέκυς νείσεαι ἐκ μερόης.
μὴ σέ γ' ἀνιάτω πάτρης ἀπὸ τῆλε θανόντα.
πάντοθεν εἷς ὁ φέρων εἰς ἀΐδην ἄνεμος.

[illegible]s.

Qui petis hinc orcum, quid differs? siue ab Athenis
Seu Meroë prodis undiq; recta uia est.
Anxius ah ne sis patria tibi quod procul extat
Terra, etiam hinc uentus nanq; secundus erit.

Αδηλον. (ἄλλον

κάτθανον, ἀλλὰ μένω σε, μενεῖς δέ τε καὶ σύ τιν'
πάντας ὁμῶς θνητούς, εἰς ἀΐδης δέχεται.

Mortuus expecto te, expecta deinde alium tu,
Vnum etenim cunctis hospitium orcus erit.

Ἄδηλον.

χαίρει τις θεόδωρος ἐπεὶ θάνον. ἄλλος ἐπ' αὐτῷ
χαιρήσει, θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα.

LVSCINIVS.

Morte mea quidam Theodorus gaudet, at huius
Protinus hinc alius, stat sua cuiq; dies.

Ἄδηλον.

Οἶνος, καὶ τὰ λοετρὰ, καὶ ἡ περὶ κύπριν ἐρωὴ,
ὀξυτέρην πέμπει τὴν ὁδὸν εἰς ἀΐδην.

MORVS.

Si quis ad infernos properet descendere manes,
Huc iter accelerant balnea, uina, Venus.

G. LILIVS.

Nos caligantis rapiunt ad regna tyranni
Præcipiti cursu balnea, uina, Venus.

ΕΙΣ ΘΕΟΥΣ.

Λουκιανοῦ.

Ἀνθρώπους μὲν ἴσως λήσεις, ἄτοπόν τι ποιήσας,
οὐ λήσεις δὲ θεοὺς οὐδὲ λογιζόμενος.

ALCIATVS.

Forte uiros quæ tu facies malefacta latebunt,
Prætereunt summos nec meditata deos.

LVSCINIVS.

Vt celes hominum cōmissa piacula uulgus,

Nulla tamen fugiunt mente reposta deum.

BERGIVS.

Improbe mortales quamuis tua crimina celes,
Fallere cœlestes non potes ipse deos.

SOTER.

Impostor licet usq; homines celaueris, atqui
Celare haud ulla quiueris arte deos.

Αδέσποτον.

Ζεὺς, κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς, δι' ἔρωτα
λήδης, εὐρώπης, ἀντιόπης, δανάης.

MORVS.

Taurus, olor, satyrusq; ob amorē Iuppiter aurū est,
Europes, Ledes, Antiopes, Danaës.

G. LILIVS.

Taurus, olor, satyrus, per amorem Iuppiter aurum,
Europæ, Ledes, Antiopæ, Danaës.

C. VRS. VELIVS.

Iuppiter Europam niuei sub imagine tauri
Dilectum Cretes per mare uexit onus.
Duxit olorinas candenti corpore plumas,
Quum deus ad Ledæ tecta uolaret amans.
Et clausam pluuio Danaën delusit in auro.
Semihominis satyri cornibus Antiopen.
Amphitryona fuit regem mentitus, in unam
Mirifice noctes quum coiere duæ.
Et si te uideat, sed ne te uiderit, oro
Cynnama, in amplexus & uolet ire tuos.

Non

Non aurum, non taurus, olor'ue, aut quilibet horum,
Verum se maior si queat esse uelit.

Νικάρχου.

Παρθένε Τριτογένεια, τί τὴν Κύπριν ἄρτι με λυπεῖς;
ἁρπάξασα δ' ἐμὸν δῶρον, ἔχεις παλάμῃ;
μέμνησαι δὲ πάροιθεν ἐν Ἰδαίοις σκοπέλοισιν,
ὡς Πάρις οὔ σε καλήν, ἀλλ' ἐμὲ ἐδογμάτισε;
σὸν δόρυ, καὶ σάκος ἐστίν. ἐμὸν δὲ τὸ μῆλον ὑπὰρ
ἀρκεῖ τῷ μήλῳ κεῖνος ὁ πρὶν πόλεμος. (Χι.

MORVS.

Cur ita me lædis Venerem Tritonia uirgo?
Corripis in digitos cur mea dona tuos?
Scilicet Idæis memor esto in rupibus olim
Me, non te, pulchram censuit esse Paris.
Hasta tua est, ensisq; tuus. mihi uendico malum,
Mars modo sit malo pristinus ille satis.

Παλλαδᾶ.

Τὸν Διὸς ἐν τριόδοισιν ἐθαύμασα χάλκεον υἱα,
τὸν πρὶν ἐν εὐχωλαῖς, νῦν παραριπτόμενον,
ὀχθήσας δ' ἄρ' ἔειπον, ἀλεξίκακε τρισέληνε
μηδέ ποθ' ἡττηθείς, σήμερον ἐξετάθης.
νυκτὶ δὲ μειδιόων με θεὸς προσέειπε παραστάς,
καιρῷ δουλεύειν καὶ θεὸς ὢν ἔμαθον.

~~[illegible]~~S.

In triuijs uidi Vulcanum forte iacentem,
Qui è cœlo nuper præcipitatus erat.

Ingemui, & dixi, ô Hercles trinoctia proles,
Gratus eras superis, cur hodie inde cadis?
Nocte deus ridens, sic contrà dixit at adstans,
Sum licet ipse deus, seruio temporibus.

ΕΙΣ ΙΑΤΡΟΥΣ.

Εἰς Ἱπποκράτην.

Ἱπποκράτης φάος ἦν μερόπων. καὶ σώετο λαῶν
ἔθνεα. καὶ νεκύων ἦν σπάνις εἰν ἀΐδῃ.

Αντίστροφον.

Εἰν ἀΐδῃ σπάνις ἦν νεκύων. καὶ ἔθνεα λαῶν
σώετο. καὶ μερόπων ἦν φάος ἱπποκράτης.

[illegible]S.

Hippocrates hominum lux, seruator populorum,
Caussa est cur manes agmina rara habeant.

Εἰς τὴν Ὀρειβασίου βίβλον.

Δίου ὀρειβασίοιο τὴν ἀθανάτην διὰ τέχνην
πολλάκι δειμαίνουσα μίτους ἀνεβάλλετο μοῖρα.

~~CORNARIVS.~~

Immortalem artem uerita est, trepidanteq́; parca
Fila manu semper duxit Oribasio.

Εἰς ἀεὶ νοσοῦντας. Λουκιλλίου.

Τοὺς καταλείψαντας γλυκερὸν φάος οὐκ ἔτι θρηνῶ·
τοὺς δ᾽ ἐπὶ προσδοκίῃ ζῶντας ἀεὶ θανάτου.

~~CORNARIVS.~~

Non fleo uitali priuatos lumine cernens,
Sed fleo quos mortis certa pericla manent.

LVSCINIVS.

Exutos dulci uita haud miseror, tamen ægros
Nigræ qui mortis limina dura terunt.

Εἰς Νίκανδρου.

Καὶ κολοφὼν ἀρίδηλος ἐνὶ πολίεσσι τέτυκται,
δοιοὺς θρεψαμένη παῖδας ἀριστονόους.
πρωτότοκον μὲν ὅμηρον, ἀτὰρ Νίκανδρον ἔπειτα
ἀμφοτέρους μούσαις οὐρανίησι φίλους.

[illegible]S.

Insignis Colophon urbes est inter Achiuas
Binos illa uiros nam dedit egregios.
Nicandrum sed post, magnum dedit antea Homerū,
Amborum aonijs pectora amata deis.

[illegible]S.

Inter præcipuas Colophon caput exerit urbes,
Infantes quippe nutrijt illa duos.
Alter Homerus erat, post hunc quoq; numine diuûm
Nicander, Musis gratus uterq; sacris.

Αδηλον. (λυγρὰ

φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ
Νίκανδρος κατέλεξεν, ἐπιστάμενος περὶ πάντων
ἀνθρώπων. ἦ γὰρ παιήονός ἐστι γενέθλης.

IDEM.

Multa quidem retulit Nicander Apolline cretus
Pharmaca, suntq; ex his bona, sunt mediocria quædā,
Sunt mala. Quid mirum? præstat mortalibus ille.

Δουκαλίου.

Λουκιλλίου.

Μάγνον ὅτ' εἰς ἀΐδην κατέβη, τρομέων ἀϊδωνεὺς
εἶπεν, ἀναστήσων ἤλυθε καὶ νέκυας.

LVSCINIVS.

Quum Magnus ſtygij peteret fera regna tyranni,
Territus is, uitam qui dabit, inquit, adeſt.

~~CORNARIVS.~~

Orcum Magnus adit, Pluto tremebundus at inquit,
Num ad uitam rurſus mortua corpora ages?

Παλλαδᾶ.

Οὐκ ἀλόγως ἐν διζυθίοις δύναμίν τινα θείαν
εἶναι ἔφην. χθὲς γοῦν δίζυθον ἐν χρονίῳ
ἠπιάλῳ κάμνοντι πεταρταίῳ προσέθηκα,
καὶ γέγονεν ταχέως οἷα Κρότων ὑγιής.

~~[illegible]~~

Diuinum quiddam, uimq́; admirabilem ineſſe
Dizythijs certe diximus haud temere.
Nam modo quem febris longa & quartana tenebat,
Iamq́; fatigatum conficeret miſerum,
Dizython admoui, neq́; erat mora longa, Crotone,
Hoc ubi feciſſem, ſanior ille fuit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Κονδίτου μοι δεῖ. τὸ δὲ κονδῖτον, πόθεν ἔσχε
τοὔνομα; τῆς φωνῆς ἐστι γὰρ ἀλλότριον
τῆς τῶν ἑλλήνων. εἰ ῥωμαϊκῶς δὲ καλεῖται,
αὐτὸς ἂν εἰδείης ῥωμαϊκώτατος ὤν.

σκεύασον

σκεύασον οὖν μοι τοῦτο. τὸ γὰρ κατέχον με νόσημα
τοῦ στομάχου, χρῄζειν τοῦδε λέγουσι ποτοῦ.

IO. BAP. PIVS.

Condito mihi opus. Conditi nominis unde
Propositum? Græcis uox aliena sonis.
Si bene Romana Conditum uoce loquuntur
Ipse scies, linguæ qui decus es Latiæ.
Id quodcunq; para, stomacho penetralia morbus
Occupat, hoc potu tinguier illa iuuat.

ΕΙΣ ΙΧΘΥΑΣ.

Ἀντιπάτρου Θεσσαλοῦ.

Πουλύπους εἰναλίης πότ' ἐπὶ προβλῆτα τανυσθεὶς,
ἠελίῳ ψύχειν πολλὸν ἀνῆκε πόδα.
οὔπω δ' ἦν πέτρῃ ἴκελος χρόα. τοὔνεκα καί μιν
αἰετὸς ἐκ νεφέων ὀξὺς ἔμαρψεν ἰδών.
πλοχμοῖς δ' εἱλιχθεὶς, πέσεν εἰς ἅλα δύσμορος
ἄμφω, καὶ θήρης ἤμβροτε καὶ βιότου. (ςος. ὗ ξα

[illegible]s.

Extendit Polypus bibula porrectus harena
Multiplicem nuper solis amore pedem.
Nec dum corpus erat lapidi conforme. iacentem
Ales corripuit lapsa repente Iouis.
Quæ tamen in pontum, mox ut perplexa fuisset
Corruit, & præda dein quoq; luce carens.

Ἀντιφίλου Βυζαντίου.

Αἰγιαλοῦ πινάγρεσιν ὑπερπλώοντα λαθραίη

εἰρεσίῃ, φαίδρων εἴσιδε πουλυπόδων.
μάρψας δ', ὀξὺς ἔριψεν ἐπὶ χθόνα, πρὶν περὶ χεῖ-
πλέξασθαι βρυόεντα ἐκτανύοντας ἕλικας. (ρας
δισκευθεὶς δ' ἐπὶ θάμνον ἐς οἰκία δειλὰ λαγωοῦ,
εἰλιδὸν ταχινοῦ πτωκὸς ἔδησε πόδας.
εἷλε δ' ἁλούς. σὺ δ' ἄελπτον ἔχει γέρας ἀμφοτέ
ἄγρης χερσαίης πρέσβυ, καὶ εἰναλίης. (ρωθεν,

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀνέρα θὴρ χερσαῖον ὁ πόντιος, ἄπνοον, ἔμπνους,
ἀράμενος λοφιῆς ὑγρὸν ὕπερθε νέκυν.
ἐς ψαμάθους ἐκόμισσα. ὃ δ' ἢ πλέον, ἐξ ἁλὸς εἰς τὴν
νηξάμενος, φόρτου μισθὸν ἔχω θάνατον.
Δαίμονα δ' ἀλλήλων ἠμείψαμεν. ἡ μὲν ἐκείνου
χθὼν, ἐμέ. τόν δ' ἀπὸ γῆς ἔκτανε τοὐμὸν ὕδωρ.

ALCIATVS.

Aspiciens puerum immanes errare per undas
Defunctum, fracta qui rate mersus erat.
Ad sublime tuli, reptans terrestria, delphin.
Sed mors pro tanto munere lata mihi est.
Mutarunt utriusq; dei nam debita fata,
Hunc aqua nostra necat, me sua terra tenet.

[illegible]VS.

Orbum luce uirum uitali munere fretus
Piscis ego uexi fluctibus è medijs.
At mihi pro tanto merces miseranda labore
Proq; pio studio mors cita munus erat.

Læsit

Læsit utrunq; nimis sors immutata, grauiq;
Pontus ei damno, sed mihi terra fuit.

Ισιδώρου γεωδότου.

πούλυπον ἀγρεύσας πέτρης γώνιχος, ἐξ ἁλὸς εἰς
ἔρριψεν, δείσας θηρὸς ἱμαντοπέδην. (γῆν
ἀλλ' ὁ δ' ἐφ' ὑπνώοντα πεσὼν συνέδησε λαγωόν,
φεῦ, τάχα θηρευτὰς ἄρτι φυγόντα κύνας.
ἀγρευθεὶς δ', ἤγρευσεν ὁ δ' εἰς ἅλα γώνιχος ἰχθὺν
ἧκε πάλιν, ζωῆς λύτρα λαγωὸν ἔχων.

ALCIATVS.

Polypedem uenatus Acron ex æquore, rursus
Abiecit, laqueos dumq; flagella timet.
Ast leporem ille cadens nactus sub uite cubantem est,
Eheu uix rapidos fugerat ille canes.
Qui captus fuerat, uenator factus, Acroni
Sospite pro uita præmia fert leporem.

Βιάνορος.

Φῶρες ὅτ' εἰνάλιοι τυρσηνίδος ἀγχόθι δίνης
φορμικτὰν ἀκάτου θῆκαν ὑπὲρ βύθιον.
αὐτίκα μιν κιθάρῃ λιγυηχέϊ δέξατο δελφὶν
σώθρονον. ἐκ δὲ βυθοῦ νήχεθ' ἑλισσόμενος.
μέχρις ἐπ' ἰσθμὸν ἔκελσε κορίνθιον. ἦ ῥα θάλασ-
ἰχθῦς ἀνθρώπων εἶχε δικαιοτέρους. (σα

ALCIATVS.

Delphini insidens uada cærula sulcat Arion,
Et citharæ mulcet, frenat & ora sono.

Donabo, & domini tu tibi nomen habe.

Λουκιανοῦ.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι φύσις χαλεπώτερον εὗρεν
  ἀνθρώπου, καθαρὰν ψευδομένου φιλίαν.
οὐ γὰρ ἔθ' ὡς ἐχθρὸν προφυλασσόμεθ'. ἀλλ' ἀγαπῶν
  ὡς φίλον, ἐν τούτῳ πλείονα βλαπτόμεθα. (πτς

CORNARIVS.

Nil peius natura potest confingere, quàm si
  Sit uir qui integram fingat amicitiam.
Quis nanq; obseruet tanquã hostem, creditũ amicũ,
  Inde ergo cunctis certa pericla manent.

Βυζαντίνου.

Εἴ τις ἀνὴρ ἄρχων ἐθέλει κολάκων ἀνέχεσθαι,
  πολλοὺς ἐκδώσει τοῖς μιαροῖς στόμασιν.
ὥστε χρὴ τὸν ἄριστον ἀπεχθαίροντα δικαίως,
  ὡς κόλακας μισεῖν τοὺς κολακευομένους.

LVSCINIVS.

Blandiloqui placeant si principibus parasiti,
  Turpibus ore uiris quanta fenestra patet?
Sed præstat blandos odisse, & cedere nunquam
  Assentatori, si bonus esse uoles.

Si quis adulantes princeps tolerabit, apertis
  Exponet multos quàm cito conuitijs.
Conuenit ergo ubi sis princeps odisse potenter
  Assentatorem, & qui huic quoq; paruerint.

τοῦ αὐτοῦ. (5α.

ῥῶ καὶ λάμβδα, μόνον κόρακας, κόλακάς τε διΐ-
οὐκ ἔστιν ταὐτὸ κόραξ, βωμολόχος τε κόλαξ.
τοὔνεκά μοι βέλτιστε τόδε ζῶον πεφύλαξο,
εἰδὼς καὶ ζώντων τοὺς κόλακας, κόρακας.

LVSCINIVS.

Palpo colax graijs, coruusq; corax, geminis sunt
Dißita litterulis, res eadem atque mala.
Dum rapit, & nugis agit omnia, solus uterq;,
Esse hominum coracas, iam uideo colacas.

τοῦ αὐτοῦ.

Οὐχ οὕτω βλάπτει μισεῖν ὁ λέγων ἀναφανδὸν,
ὥσπερ ὁ τὴν καθαρὰν ψευδόμενος φιλίαν.
τὸν μὲν γὰρ μισοῦντα, προειδότες ἐκτρεπόμεσθα.
τὸν δὲ λέγοντα φιλεῖν, οὐ προφυλασσόμεθα.
ἐχθρὸν ἐγὼ κεῖνον κρίνω βαρὺν, ὅς ποτε λάθρη
τὴν ἀπὸ τῆς φιλίης πίστιν ἔχων ἀδικεῖ.

MORVS.

Non æque nocet hic, qui sese odisse fatetur,
Atque hic qui puram fingit amicitiam.
Osorem monitus fugio: fugisse sed illum
Quomodo qui me se fingit amare, queo?
Peßimus hic certe est inimicus, quisquis amicus
Creditus, occulta subdolus arte nocet.

G. LILIVS.

Non is tam lædit, liquide qui dixerit, odi,

Quàm qui synceram fingit amicitiam.
Vitabis certe quem noueris esse nocentem,
Ast illum nunquam qui tibi dixit, amo.
Ille mihi grauis est hostis, qui clàm nocuisse
Gaudet, quiq; fidem fert in amicitia.

C. VRS. VELIVS.

Non æque damno est odium ore professus aperto,
Ac qui synceram fingit amicitiam.
Vitatu facilis nobis qui cognitus hostis,
Vitari qui se dicit amare, nequit.
Hic hostis capitalis erit, quicunq; nocebit,
Prætextu fidæ fretus amicitiæ.

Ἀδήλον.

Πλάσον ἔχεις τὸν ἔρωτα, φόβῳ δ' ἐφίλησας, καὶ ἀνάγκῃ.
Τῷ δὲ φιλεῖν οὕτως οὐδὲν ἀπιστότερον.

Quam metus, & turpis nimium conflauit egestas,
Quis fidam tandem credat amicitiam?

ΕΙΣ ΚΡΙΤΑΣ.

Ἀδήλον.

Θαρσαλέοι Κελτοὶ ποταμῷ ζηλήμονι Ῥήνῳ
τέκνα ταλαντεύουσι, καὶ οὐ πάρος εἰσὶ τοκῆες,
πρὶν παῖδ' ἀθρήσωσι λελουμένον ὕδατι σεμνῷ,
αὐτίκα γὰρ ἡνίκα μητρὸς ὀλισθήσας διὰ κόλπων
νηπίαχος, πρώτην προχέει δάκρυ, τὸν μὲν ἀείρας
κύτος ἐπ' ἀσπίδι θῆκε νέον παῖδ', οὐδ' ἀλεγίζει.

οὔπω γὰρ γενέταο φέρει νόον, πρίν γ' ἐσαθρήσῃ
κεκριμένον λουτροῖσιν ἐλεγχιγάμου ποταμοῖο·
ἡ δὲ μετ' εἰλείθυιαν ἐπ' ἄλγεσιν ἄλγος ἔχουσα
μήτηρ, εἰ καὶ παιδὸς ἀληθέα οἶδε τοκῆα,
ἐκδέχεται τρομέουσα, τί μήσεται ἄστατον ὕδωρ.

IO. BAP. PIVS.

Audaces rapido Celtæ noua pignora Rheno
Explorant: non hos genitrix prius ubere largo
Alma fouet, uitreas fluuij quàm uenit ad undas.
Lympha nouum capit alta genus, quod remigis instar
Vmbo regit, fluidiq; effulcit corpus alumni.
Et fœtum sic unda probat, lectumq; iugalem:
Damnat adulterij fœdo si decolor igne.
Post dubios genitrix casus memor Ilithyiæ
Ancipitis, fulcit gelidis in fluctibus ortum
Anxia dispiciens cui mobilis annuat unda.

ANTO. CALCATERRA.

Audaces rapido dubios in gurgite partus
Explorant Celtæ, donec dijudicat unda.
Hæ nunquam capiunt gentes noua pignora matrũ,
Quàm prius imponant clypeo: tũ flumina monstrant
An genus obliquum fuerit, post mater ad undas
Egeriam tendit natos uisura recentes,
Et suspensa tenet censoris flumina Rheni.

παλλαδᾶ.

Μή ποτε δουλεύσαις γαμὴ δέσποινα γένοιτο

ὅσι

ἐστὶ προοιμιακόν. τῶδ' δ' ἔστ' ὅμοιον ἐγῶ.

μήτε δίκην δικάσειεν ἀνὴρ γεγονὼς δικολέκτης,
μηδ' ἂν Ἰσοκράτους ῥητορικώτερος ᾖ.
πᾶς γὰρ ὁ μισθαρνεῖν εἰθισμένος, οὐδ' ἂν ἑταίρῳ
σεμνότερον δικάσαι, μὴ ἐπιπασῶς δώατη.

ALCIATVS.

Imperium quæ serua fuit ne sumat herile,
Hoc uetus est, aliud nunc tibi dico nouum.
Quisquis causidicus fuit, is non iudicet unquam,
Rhetore sit quamuis doctior Isocrate.
Venali uir lingua, & opes acquirere suetus,
Iudicium haud unquam sordibus absq; feret.

ΕΙΣ ΛΟΓΟΓΡΑΦΙΑΝ,

ἤτοι ἐποποιΐαν. Κυρίλλου. (θης

Πᾶν καλὸν ἐστὶ ἐπίγραμμα τὸ δίστιχον. ἢν δὲ παρέλ
τοὺς τρεῖς, ῥαψῳδεῖς, κοὐκ ἐπίγραμμα λέγεις.

SOTER.

Omne epigrãma uenustũ est distichũ, ubi auxeris ultra
Dulce poëma canis, non epigramma facis.

Ἄδηλον. (γῳ

πᾶς λόγος ἐστὶ μάταιος, ὁ μὴ πεπλεσμένος ἔρ
καὶ πᾶσα πρᾶξις τὸν λόγον ἔργον ἔχει.

Sermo omnis uanus citra factum, adsit ubi istud,
Ipsum sermonem quisq; putabit opus.

ΕΙΣ ΜΑΙΝΟΜΕΝΟΥΣ.

Ἄδηλον.

Κοινῇ παρ κλισίῃ ληθαργικὸς, ἠδὲ φρενοπλὴξ,
κείμενοι, ἀλλήλων νοῦσον ἀπεσκέδασαν·
ἐξέθορε κλίνης γὰρ ὁ τολμήεις ὑπὸ λύσσης,
καὶ τὸν ἀναίσθητον, παντὸς ἔτυπτε μέλους.
πληγαὶ δ' ἀμφοτέροις ἐγένοντ' ἄκος. αἷς ὁ μὲν, (αὐτῶν,
ἔγρετο. τὸν δ' ὕπνου πουλὺς ἔριψε κόπος.

ALCIATVS.

Qui phreniti pressus, grauis et quẽ marcor habebat
Sese in idem hospitium tristis uterq; tulit.
Moxq́; furens rabie, ac cæca compellitur ira,
Et stupidi pugnis languida membra quatit.
Conualuere ambo, dum uapulat excitus alter
Est, alter somno brachia lassa dedit.

ΕΙΣ ΜΑΘΗΜΑΤΑ.

Πτολεμαίου.

Οἶδ' ὅτι θνατὸς ἐγὼ, καὶ ἐφάμερος. ἀλλ' ὅταν ἄ(στρων
μαστεύω πυκινὰς ἀμφιδρόμους ἕλικας,
οὐκ ἔτ' ἐπιψαύω ποσὶ γαίης, ἀλλὰ παρ' αὐτῷ
Ζηνὶ διοτρεφέος πίμπλαμαι ἀμβροσίης.

RAPH. VOLATER.

Mortalem quamuis norim me forte creatum,
Dum tamen astrorum scrutor in orbe uias,
Sum pedibus tellure procul, iuxtaq́; Tonantem
Aßideo diuus, pascor & ambrosia.

Λεωνίδου.

Λεωνίδου.

Μάντιες ἀστερόεσσαν ὅσοι ζητεῖτε κέλευθον,
ἔρροιτ' εἰκαίης ψευδολόγοι σοφίης.
ὑμέας ἀφροσύνη μαιώσατο, τόλμα δ' ἔτικτε
τλήμονας, οὐδ' ἰδίην εἰδότας ἀκλείην.

[illegible]

Tu leuis astrorum spectatrix turba ualebis,
Quæ uanam semper persequeris sophiam.
Stultitia es nutrita, fuitq; audacia mater.
O misera, hinc proprij nescia sæpe mali es.

ΕΙΣ ΜΕΤΡΙΟΤΗΤΑ.

Ἀδήλου.

Πᾶν τὸ περιττὸν, ἄκαιρον, ἐπεὶ λόγος ἐστὶ παλαιὸς
ὡς καὶ τοῦ μέλιτος τὸ πλέον ἐστὶ χολή.

MORVS.

Ingratũ est quicquid nimiũ est. sic semper amarũ est,
Vt uerbum uetus est, mel quoq; si nimium est.

[illegible]

Insuaue est quicquid nimium est. Nam dicitur olim
Mel quoq;, si immodica est copia, bilis erit.

Βάσσου.

Μήτε με χείμαζε πόντος ἄγοι θρασύς. οὐδὲ γαλήνη
ἀργὴν ἢ παρασάμην τὴν πολυνηνεμίην. (νην
αἱ μεσότητες ἄριστοι, ὅπῃ δέ γε πρήξιες ἀνδρῶν,
καὶ μάλα μέτρον ἐγὼ τἄρκιον ἠπασάμην.
τοῦτ' ἀγάπα φίλε Λάμπι, κακὰς δ' ἔχθαιρε θυέλλας

εἰσὶ ἄνες πρηεῖς, καὶ βιότου ζέφυροι.

LVSCINIVS.

Non me tempestas rapiat maris, ac placidum me
Nolim detineat uela negans pelagus.
Est primum in rebus modus ordine credo gerendis,
Hic tibi cum tenui, quod satis est, placeat.
Corda metu freta mota cient, fidentia torpent,
Inuenies mites uitæ etiam Zephyros.

[illegible]S.

Non mihi sæua maris tempestas, nulla quietis
Ocia longa situ marcida lampe placent.
Diligo sed medium, quum splendida facta uirorum
Mensura fulgent sufficiente palàm.
Dilige tu id semper, nullis permixte procellis,
Ipsa suos mites uita habet & Zephyros.

Ιουλιανοῦ.

Οἶκος καὶ πάτρη, βιότου χάρις, αἱ δὲ περισσαὶ
φροντίδες, ἀνθρώποις οὐ βίος, ἀλλὰ πόνος.

[illegible]S.

Et patria atq; domus uitæ sunt munera, curæ
Non faciunt uitam, sunt labor atq; dolor.

LVSCINIVS.

Cui domus est, uictusq; decens, & patria dulcis
Sunt satis hæc uitæ, cætera cura, labor.

ΕΙΣ ΜΗΤΡΥΙΑΝ. Καλλιμάχου.

Στήλην μητρυιῆς μικρὰν λίθον ἔστεφε κοῦρος,

ὡς

ὡς βίον ἠλλάχθαι, καὶ τρόπον οἰόμενος.
ἡ δὲ, τάφῳ κλινθεῖσα, κατέκτανε παῖδα πεσοῦσα
φεύγετε μητρυιῆς καὶ τάφον οἱ πρόγονοι.

[illegible]

Exiguo lapidi puer addit ſerta nouercæ,
Mutaſſe ut uitam ſic ratus ingenium.
At puerum extinguit tumulo hæc illapſa. nouercæ
Priuigni exanimem uel tumulum fugite.

MORVS.

Flore nouercalem cingis priuigne columnam,
Morte ratus mores interijſſe malos.
Te tamen illa premit ſubito inclinata, nouercæ,
Si priuigne ſapis, ipſa ſepulchra fuge.

LVSCINIVS.

Priuignus tentat ſtatuam decorare nouercæ,
Mutatos mores cunctaq; morte putans.
Mole cadens miſerum mox comprimit illa: nouercæ
O uos priuigni buſta etiam fugite.

C. VRS. VELIVS.

Dat puer exiguo monumento ſerta nouercæ
Cum uita & mores depoſuiſſe ratus.
Illa pium oppreſſit tumulo delapſa. nouercæ
Vos quoq; priuigni buſta cauete procul.

[illegible]S.

Buſta coronauit priuignus ſacra nouercæ,
Mores ut uitam ſic abijſſe ratus.

Quum subito iuuenem compreßit petra. Nouercam
Quisquis es, infidam post quoq; fata time.

Ἀδήλου.

Μητρυιὴ προγόνοισιν ἀεὶ κακόν· οὐδὲ φιλοῦσα
σώζουσιν. Φαίδραν γνῶθι, καὶ Ἱππόλυτον.

MORVS.

Priuigno uel amans infortunata nouerca est.
Hippolyto grauis hoc Phædra docere potest.

Priuignos etiam perdunt in amore nouercæ.
Phædra sit exemplo, castus & Hippolytus.

Παρμενίωνος Μακεδόνος.

Μητρυιῆς δύσμηνις ἀεὶ χόλος. οὐδ' ἐν ἔρωτι
ἤπιος. οἶδα πάθη σώφρονος Ἱππολύτου.

IDEM.

Ira nouercarum quid non designat amando
Lædens? Hippolyti me docet ista malum.

ΕΙΣ ΜΝΗΜΗΝ.

Μακεδονίου ὑπάτου.

Μνήμη καὶ λήθη, μέγα χαίρετον. ἡ μὲν ἐπ' ἔργοις
μνήμη, τοῖς ἀγαθοῖς. ἡ δ' ἐπὶ λυγαλέοις.

ALCIATVS.

Mnemosyne felix, felix obliuio salue,
Tu bona quod reuocas, tu mala quod remoues.

ΕΙΣ ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ.

Λουκιανοῦ.

Ἀῤῥήτων ἐπέων γλώσσῃ σφρηγὶς ἐπικείσθω·

κρείσσων

κρείσσων γὰρ μύθων, ἢ κλεάνων φυλακή.

LVSCINIVS.

Profuit arcanis posuisse sigilla tacendis,
Lingua magis rebus scrinia fida petit.

ΕΙΣ ΝΑΟΥΣ.

Αντιπάτρου. (Χορ.

Καὶ κραναᾶς βαβυλῶνος ἐπίδρομον ἅρμασι τεῖχος
καὶ τὸν ἐπ' ἀλφειῷ ζῆνα κατηυγασάμην,
κάπων τ' αἰώρημα, καὶ ἠελίοιο κολοσσὸν,
καὶ μέγαν αἰπεινᾶν πυραμίδων κάματον.
μνᾶμά τε Μαυσώλοιο πελώριον. ἀλλ' ὅτ' ἐσεῖδον
ἀρτέμιδος νεφέων ἄχρι θέοντα δόμον,
κεῖνα μὲν ἠμαύρωτο. τε. κὴν ἴδε νόσφιν ὀλύμπου
ἅλιος. οὐδέν πω τοῖον ἐπαυγάζετο.

M. V. MARTIALIS.

Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis,
Assyrius iactet nec Babylona labor,
Nec Triuiæ templo molles laudentur honores,
Dißimuletq; deum cornibus ara frequens
Aëre nec uacuo pendentia Mausolea
Laudibus immodicis Cares in astra ferant.
Omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro.
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

ΕΙΣ ΝΑΥΑΓΙΟΝ.

Ιουλίου Λεωνίδου.

Εἰν ἑνὶ κινδύνους ἔφυγον δύο Μυρτίλος ὅπλων,

τὸν μὲν ἀριστεύσας, τὸν δ᾽ ὑπονηξάμενος.
ἀργέστης ὅτ᾽ ἔδυσε νεὼς τρόπιν. ἀσπίδα δ᾽ ἔχον.
σωθεὶς κεκριμένην ὕδασι καὶ πολέμῳ.

ALCIATVS.

Bina pericla unis effugi Myrtilus armis,
Quum premererq́; solo, quum premererq́; salo.
Incolumem ex acie clypeus me præstitit, idem
Naufragum apprensus littora adusq; tulit.

Vnum bina mihi repulit discrimina telum,
Quum premerer pugna, quumq́; necarer aqua.
Caurus enim puppi costam conuulsit: at ipse
Scutum subnectens, sic quoque tutus eram.

Ἰουλίου Διοκλέους.

Οὐκ οἶδ᾽ εἴτε σάκος λέξαιμί σε, τὴν ἐπὶ πολλοὺς
ἀντιπάλους πιστὴν σύμμαχον ὡπλισάμην,
εἴτε δὲ βαιὸν ἐμοὶ πόντου σκάφος. ἦ μ᾽ ἀπὸ νηὸς
ὀλλυμένης, κόμισας νηκτὸν ἐπ᾽ ἠϊόνας.
ἄρεος ἐν πολέμοις ἔφυγον χόλον. ἐν δὲ θαλάσσῃ,
νηρῆος. σὺ δ᾽ ἄρ᾽ ἦς ὅπλον, ἐν ἀμφοτέροις.

Nescio te scuti compellem nomine, cuius
Robur in extremos transijt usque uiros.
An cymbæ potius, qua tum sistebar harena
Postquam dissilijt rupta carina mihi.
Quod Martem fugi, quod Nerea triste furentem,
Acceptum refero gratus utrunq; tibi.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Φιλίππου.

Νῆα μὲν ὤλεσε πόντος. ἐμοὶ δ' ἔπορεν πάλι δαί
πλαζομένῳ, φύσιος νῆα ποθεινοτέρην. (μων
πατρὸς ἰδὼν γὰρ ἐγὼ δέμας εἰς ἐμὲ καίριον ἐλθὸν,
μουνερέτης ἐπέβην, φόρτος ὀφειλόμενος.
ἤγαγε δ' εἰς λιμένας με, καὶ ἔσπειρεν δὶς ὁ πρέσ-
νήπιον ἐν γαίῃ, δεύτερον ἐν πελάγει. (βυς,

[illegible]

Quum fera tempestas nauem collideret, ecce
Erranti numen nauem aliam exhibuit.
Cõmode enim corpus fluctus uexere parentis,
Quo arrepto inscendi solus onusq́; fui.
Duxit id in portum, senioris semine bis sum
In terras nuper, nunc satus in pelago.

ΕΙΣ ΝΑΥΤΙΛΛΙΑΝ.

Ἀντιφίλου Βυζαντίου.

Τόλμα, νεῶν ἀρχηγὲ, σὺ γὰρ δρόμον εὕραο πόντου,
καὶ ψυχὰς ἀνδρῶν κέρδεσιν ἠθέρισας.
οἷον ἐπεκτήνω δόλιον ξύλον. οἷον ἐνῆκας
ἀνθρώποις θανάθῳ κέρδος ἐλεγχόμενον.
ἦν ὄντως μερόπων χρύσεον γένος. εἴγ' ἀπὸ χέρ
τηλόθεν ὡς ἀΐδης πόντος ἀπεβλέπετο. (σου

[illegible]

Nautarum ô princeps facis audacißime pontum
Peruium, & hinc homines quærere lucra iubes.
Machina quanta natat? quantum fera cura lucelli est?

Quæ certum miseros cogis in interitum?
Aurea uere hominum sint secula, pontus erat si
Tam longe à terra, ut dißitus orcus abest.

ΕΙΣ ΝΗΑΣ. Ζηλωτοῦ.

Ἐστί πίτυν πελάγει πιστεύετε γομφωτῆρες,
ἧς πολὺς ἐξ ὀρέων ῥίζαν ἔλυσε νότος;
αὔσι δ' οὐκ ἔσομαι πόντου σκάφος, ἐχθρὸν ἀήταις
δένδρεον, ὧν χέρσῳ τὰς ἁλὸς οἶδα τύχας.

Pinus ego à uobis fabri quid ducor in altum?
Auster me ualidus præcipitauit humi.
Sum uentis exosa, mari quoq; inutilis arbor,
Fortunam pelagi nunc bene tuta scio.

ALCIATVS.

Ventoso nautæ cur creditis æquore pinum?
Quam celer in summis eruit aura iugis.
Semper ero ratis infelix, inimicaq; uentis,
Atque agitata solo, mox agitabor aquis.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἐκλάσθην ἐπὶ γῆς ἀνέμῳ πίτυς. ἐστί με πόντῳ
στέλλετε ναυηγὸν κλῶνα πρὸ ναυτιλίης.

Ἀλεξάνδρου.

Ἐκλάσθην ἀνέμοισι πίτυς. τί με τεύχετε νῆα,
ναυηγῶν ἀνέμων χερσόθι γευσαμένην;

MORVS.

Ventis pinus humo sternor, quid mittor in undas?

Iam

Iam nunc passa prius quàm nato naufragium.

Ἄδηλον.

τίπτε με τοῖς ἀνέμοισιν ἁλώσιμον ἤλεε τέκτων,
τὴν δὲ πίτυν τεύχει νῆα θαλασσοπόρον;
οὐδ' οἰωνὸν ἔδεισας, ὅτι Βορέης μ' ἐδίωξεν
ἐν χθονὶ, πῶς ἀνέμους φεύγομαι [illegible] πελάγει;

MORVS.

Pinus ego uentis facile superabilis arbor,
Stulte quid undiuagam me facis ergo ratem?
An non augurium metuis? quum persequitur me
In terra, Boream qui fugiam in pelago?

[illegible]

Vt mare perlustrem quid me faber impie adornas?
Sum pinus, uentis præda futura tamen
Ten' mouet augurium? Borea uexabar & usq;
Quum starem. Pontus quæ mala porrò dabit?

Λεωνίδου Ταραντίνου.

Ὁλκάδα πῦρ μ' ἀνέφλεξε, τόσσην ἅλα μετρήσασα
ἐν χθονὶ, τῇ πεύκας εἰς ἐμὲ κειραμένῃ. (σαν
ἦν πέλαγος διέσωσεν ἐπ' ἠόνας, ἀλλὰ θαλάσσης
τὴν ἐμὲ γειναμένην εὗρον ἀπιστοτέρην.

CORNARIVS.

En nauis ponti tantas emensa procellas
Fausta, igne in terra quàm misere intereo.
Seruauit pelagus me in portum, perdidit autem
Quæ peperit, ponto perfida facta magis.

Ἰουλιανοῦ Αἰγυπτίου. (λάσσης,

Ὁλκὰς ὕδωρ προφυγοῦσα πολυφλοίσβοιο θα-

ἐν χθονὸς ἀγκοίναις ὤλετο μητρίαις.

ἱσαμένην γὰρ πυρσὸς ἐπέφλεγε. καιομένη δὲ

δυσμενέων ὑδάτων συμμαχίην ἐκάλει.

MORVS.

Iam ratis æquoreas oneraria fugerat undas,

Matris at in terræ deperijt finibus.

Corripitur flammis, atq; ardens auxiliares

Quas maris hostiles fugerat, optat aquas.

ΕΙΣ ΟΙΝΟΝ. Ἀντιπάτρου.

Ὕδατος ἀκρήτου κεκορημένῳ ἄγχι παρασὰς

χθιζὸν ἐμοὶ κοτέων Βάκχος, ἔλεξε τάδε.

εὕδεις ἄξιον ὕπνον ἀπεχθομένων ἀφροδίτῃ,

εἰπέ μοι ὦ νήφων, πεύθεαι Ἱππολύτου;

τάρβει μήτι πάθῃς ἐναλίγκιον. ὣς ὁ μὲν εἰπὼν,

ᾤχετ'. ἐμοὶ δ' ἀπὸ τοῦ, οὐκέτι τερπνὸν ὕδωρ.

Hesterno mihi forte die, quum fonte bibissem

De liquido, Bacchus talia uoce refert:

Scilicet est somnus Veneri gratissimus iste,

Hippolyti nunquid cognita fama tibi?

Si sapis, hanc metuas. Mox, hæc ubi dicta, refugit,

Nec mihi potus aquæ postea dulcis erat.

Φιλίππου. (ῥίζαι

Εὐθαλέα πλάτανόν με νότου βαρυλαίλαπος αὖ-

ἐξ ῥίζης

ῥίζης δὲ αὐχμηρὴ ἐσόρεσαν δαπέδῳ.
λουσαμένη βρομίῳ δ᾽ ἔσβω πάλιν, ὄμβρος ἔχουσα
χεύματι, καὶ θάλπα τοῦ Δίος ἡδύτερον.
ὀλλυμένη δ᾽ ἔζησα, μόνη δὲ πιοῦσα λυαῖον,
ἄλλων κλινομένων, ὀρθοτέρη βλέπομαι.

Austro nuper humi nimium uexata procaci
Succubui platanus, fronde comata prius.
At superinfuso facies mihi pristina uino
Adfuit, hoc summi plus ualet imbre Iouis.
Quumq; propinqua suo iam robore deficit arbor,
Hausto conspicior læta uirere mero.

Μελεάγρου.

Αἱ νύμφαι τὸν Βάκχον, ὅτ᾽ ἐκ πυρὸς ἥλαθ᾽ ὁ κοῦρος
νίψαν, ὑπὲρ τέφρης ἄρτι κυλιόμενον.
τοὔνεκα σὺν νύμφαις Βρόμιος φίλος. ἢν δ᾽ ἐνὶ μίγης
μίσγεσθαι, δέξῃ πῦρ ἔτι καιόμενον. (γῆς

Bacchus ut è flammis puer exilijsset, in undis
Tinxerunt nymphæ sordidum adhuc cinere.
Hinc iunctus nymphis est Bacchus gratus, at ignem
Ardentem capies, hunc nisi miscueris.

Εἰς οἶνον ἀπὸ κριθῆς.

Ἰουλιανοῦ βασιλέως.

Τίς; πόθεν εἷς Διόνυσε; μὰ τὸν ἀληθέα Βάκχον,
οὔ σ᾽ ἐπιγινώσκω, τὸν Δίος οἶδα μόνον.

κεῖνος, νέκταρ ὄδωδε. σὺ δὲ, τράγου. ἦ ῥά σε Κελτοὶ
τῇ πενίῃ βοτρύων τεῦξαν ἀπ' ἀσταχύων. (τοι
τῷ, σε χρὴ καλέειν Δημήτριον, οὐ Διόνυσον,
πυρογενῆ μᾶλλον, καὶ βρόμον, οὐ βρόμιον.

Bacche quis? Vnde uenis? Verũ tibi deiero Bacchũ,
Te haud noui, tantum cognitus ille Iouis.
Is nectar redolet, hircum tu. Dic age num te
E spicis finxit Gallia uitis inops?
Non igitur Bacchum te dixero, sed cerealem,
Et frumentigenã, nec Bromium, immò Bromum.

Νικηράτου.

Οἶνός τι χαρίεντι μέγας πέλει ἵππος ἀοιδῷ.
ὕδωρ δὲ πίνων, καλὸν οὐ τέκοις ἔπος.
ταῦτ' ἔλεγεν Διόνυσε, καὶ ἔπνεεν οὐχ ἑνὸς ἀσκοῦ
Κρατῖνος, ἀλλὰ παντὸς ὦδοδεν πίθου.
τοιγὰρ ὑπὸ στεφάνοις μέγας ἔβρυεν. εἶχε δὲ κισσῷ
μέτωπον, ὥσπερ καὶ σὺ κεκροκωμένον.

SOTER.

Est sonipes uati uelox in carmine Bacchus:
Viuida nam uirtus hoc sine inesse nequit.
Hæc ait, haud spirans utrem, dulcißime Bacche,
Plurima Cratinus dolia sed redolens.
Læta coronatus cantabat carmina, frontem
Nanq; habet ut Liber tu redimitam hedera.

Citatur

Citatur à quibuſdam primum huius epigrammatis diſtichon paulo diuerſius, idq́ue nomine
Δημητρίου ἁλικαρνασέως.

οἶνός τοι χαρίεντι φέρει ταχὺς ἵππος ἀοιδῷ,
ὕδωρ δὲ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκῃς.

VOLATERRANVS.

Dulce merum Muſis equus eſt in carmine uelox,
Si quis aquam potes nil bene parturies.

LVSCINIVS.

Præbet equum docto uinum gratoq́; poetæ,
Frigebit carmen mox ubi potat aquam.

ΕΙΣ ΟΡΝΙΣ.

Παλλαδᾶ.

ἵπποι μὲν σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελίσσων.

SOTER.

Veſpæ equus eſt geneſis ignauæ, apibus uero taurus.

Ἄδηλον.

Ἀτθὶ κόρα, μελίθρεπτε, λάλος, λάλον ἁρπάξασα,
τέττιγα, πτανοῖς δαῖτα φέρεις τέκεσιν.
τὸν λάλον, ἁ λαλόεσσα. τὸν εὔπτερον, ἁ πτερόεσσα,
τὸν ξένον, ἁ ξεῖνα. ἀγνὸν, ἠαρινά.
οὐχὶ τάχος ῥίψεις; οὐ γὰρ θέμις, οὐδὲ δίκαιον
ὄλλυσθ' ὑμνοπόλους ὑμνοπόλοις στόμασιν.

ALCIATVS.

Quid rapis hei progne uocalem ſæua cicadam,
Pignoribusq́; tuis fercula dira paras?
Ac ſtridula ſtridulam, uernam uerna, hoſpita lædis
Hoſpitam, & aligeram penniger ales auem.

Ergo sinas prædã hanc, nã musica pectora summũ est
Alterum ab alterius dente perire nefas.

ΕΙΣ ΠΑΡΑΜΥΘΙΑΝ.

παλλαδᾶ.

Προσδοκίη θανάτου, πολυώδυνός ἐστιν ἀνίη.
τοῦτο δὲ κερδαίνει θνητὸς ἀπολλύμενος.
μὴ τοίνυν κλαύσῃς τὸν ἀπερχόμενον βιότοιο,
οὐδὲν γὰρ θανάτου δεύτερόν ἐστι πάθος.

Expectare necem, res plena doloribus hæc est:
Qui periit, tacite gaudeat ille sibi.
Desine nunc tandem defunctos plangere uita,
Certus, post cineres nil superesse mali.

Instantis fati sunt certa dolenda pericla,
Hoc habet in lucro qui prior interijt.
Ne plangas igitur priuatos lumine uitæ,
Non aliud nam illis imminet inde mali.

τοῦ αὐτοῦ.

Ἔσθιε πῖνε, μύσας ἐπὶ πένθεσιν, οὐ γὰρ ἔοικε
γαστέρι πενθῆσαι νεκρὸν ὅμηρος ἔφυ.
καὶ γὰρ ὁμοῦ θάψασαν ὀλωλότα δώδεκα τέκνα
σίτου μνησαμένην τὴν Νιόβην παράγει.

Ede, bibe, & luctus oblitus uentriculum exple,
Mortua qui nunquam corpora condoleat.

Bisse-

Biſſenos ſepelit pueros : quod ſcribit Homerus *:*
Adſidet & menſæ, dum facit hoc Niobe.

ΕΙΣ ΠΛΟΥΤΟΥΝΤΑΣ.

Ἀδήλου.

Ην νέος, ἀλλὰ πένης. νῦν γηρῶν, πλούσιός εἰμι
ὢ μόνος ἐκ πάντων οἰκτρὸς ἐν ἀμφοτέροις,
ὃς πότε μὲν χρῆσθαι δυνάμην, ὁπότ' οὐδὲν εἶχον,
νῦν δ' ὁπότε χρῆσθαι μὴ δύναμαι, τότ' ἔχω.

C. VRS. VELIVS.

Pauper eram iuuenis, natu modo grandis abundo,
Hei, quia ſum è cunctis ſolus utroq; miſer.
Quum mihi nulla foret poteram feliciter uti :
Nunc ubi res large ſuppetit, uſus abeſt.

LVSCINIVS.

Pauper eram iuuenis quondam, modo diues, utraq;
Hei uideor nimium iam mihi ſorte miſer.
Nam fortuna, frui rebus dum rite liceret,
Nil dedit : at præbet nunc, minus apta ſeni.

Παλλαδᾶ.

Χρυσὲ πάτερ κολάκων, ὀδύνης καὶ φροντίδος υἱὲ
καὶ τὸ ἔχειν σε φόβος, καὶ μὴ ἔχειν σ' ὀδύνη.

ALCIATVS.

Aurum blanditiæ pater eſt, natusq; doloris,
Qui caret hoc mœret, qui tenet hic metuit.

Aſſentatorum pater aurum, filius autem
Curarum, & duri ſæpe laboris ades.

Diuersis homines etiam tu affectibus urges,
Qui te habet ille timet, qui caret ille dolet.

Λουκιανοῦ.

πλοῦτος ὁ τῆς ψυχῆς, πλοῦτος μόνος ἐστὶν ἀληθής,
τἆλλα δ' ἔχει αὐτὴν πλείονα τῶν κτεάνων.
τόνδε πολυκτέανον, καὶ πλούσιόν ἐστι δίκαιον
κλήζειν, ὃς χρῆσθαι τοῖς ἀγαθοῖς δύναται.
εἰ δέ τις ἐν ψήφοις κατατήκεται, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
σωρεύειν ἀεὶ πλοῦτον ἐπειγόμενος,
οὗτος ὁποῖα μέλισσα πολυτρήτοις ἐνὶ σύμβλοις
μοχθήσει, ἑτέρων δρεπτομένων τὸ μέλι.

MORVS.

Diuitias animi solas ego iudico ueras.
Qui rebus pluris se facit ipse suis,
Hunc adeò ditem, hunc opulentum rite uocamus,
Magnarum quis sit qui uidet usus opum.
Calculus at si quem misere numerandus adurit,
Qui misere semper diuitias cumulet,
Hic ut apes paruo crebroq; foramine fosso
Sudat in alueolo, mel alij comedunt.

[illegible]S.

Nobilis est animi thesaurus, nobilis ille
Postrema quisquis parte locabit opes.
Diues erit uere, qui fidos inter amicos
Largiter effundit parta labore bona.
Sed genium quisquis defraudat, opesq; tenacem

Congerit

Congerit in testam, quo numerare queat,
Qualis apes, frustra studio complebit auaro
Vascula, mox fuco diripiente fauos.

Παλλαδᾶ.

πλουτεῖς; καὶ τί τὸ λοιπόν. ἀπερχόμενος, μετὰ σαυτοῦ
τὸν πλοῦτον σύρεις εἰς σορὸν ἑλκόμενος;
τὸν πλοῦτον συνάγεις, δαπανῶν χρόνον. οὐ δύνα (σαι δὲ
ζωῆς σωρεῦσαι μέτρα περισσότερα.

Quò tibi diuitiæ? num post quoq; fata sepulchro
Ingeris? & socias putre cadauer habes?
Ne tenuis uideare, perit male temporis ingens
Portio, nam uitæ nil potes adijcere.

ΕΙΣ ΚΛΕΠΤΑΣ.

Εἰς κλέπτην δῆλον εὑρόν-
τα ξίφος χρυσοῦν.

Καὶ χρυσὸν φιλέω, καὶ δήϊον ἄρεα φεύγω.

Aurum amo, sed Martis hostilia tela relinquo.

Ἄδηλον.

Βάπτων πάντα βαφεῦ, καὶ χρωματίοις μεταβάλ
καὶ πενίην βάψας πλούσιος ἐξεφάνης. (λων

Inficis immutasq; coloribus omnia tinctor.
Pauperie tincta qui quoq; diues eras.

ΕΙΣ ΠΟΙΗΤΑΣ.

Ἄστρα μὲν ἠμαύρωσε, καὶ ἱερὰ κύκλα σελήνης

ἄξονα δινήσας ἔμπυρος ἠέλιος.
ὑμνοπόλους δ᾽ ἀγεληδὸν ἀπημάλδυνεν ὅμηρος,
λαμπρότατον μουσῶν φέγγος ἀνασχόμενος.

Obfuscat splendore suo lunam, omnia & astra
Phoebus, dum medio uertitur axe poli.
Infundit tenebras cunctis sic magnus Homerus
Vatibus, illustris pieridum radijs.

Ἀντιφίλου εἰς ἰλιάδα καὶ ὀδύσσειαν.

Αἱ βίβλοι, τίνος ἐστέ; τί κεύθετε; θυγατέρες μὲν,
μαιονίδου, μύθον δ᾽ ἵστορες ἰλιακῶν.
ἁ μία μὲν, μηνιθμὸν Ἀχιλλέος, ἔργα τε χειρὸς
Ἑκτορέας, δεκέτους τ᾽ ἆθλα λέγει πολέμου.
ἁ δ᾽ ἑτέρα, μόχθον τὸν Ὀδυσσέος, ἀμφί τε λέκτροις
χηρείοις, ἀγαθᾶς δάκρυα πηνελόπας.
ἵλατε σὺν μούσαισι. μεθ᾽ ὑμετέρας γὰρ ἀοιδὰς
εἶπερ ἔχειν αἰὼν ἕνδεκα πιερίδας.

Cuius uos libri? quid conditis? Iliacensem
Historiam, extamus filiae Homere *tuae.*
Altera Achillaei nam continet arma furoris,
Hectora &, annorum praelia deinde decem.
Altera uersutumq; malis exercitum Vlyssem,
Et lachrymas uidui Penelopes thalami.
Nos colite ut Musas, nostro est nam carmine factū ut
Vndenas habeant secula pieridas.

ΑΝΤΙ

Ἀντιπάτρου θεσσαλοῦ.

Τάσδε θεογλώσσους ἑλικὼν ἔθρεψε γυναῖκας
ὕμνοις, καὶ Μακεδὼν πιερίας σκόπελος.
Πρήξιλλαν, Μυρώ, Ἀνύτης στόμα, θῆλυν ὅμηρον,
λεσβιάδων Σαπφὼ κόσμον ἐϋπλοκάμων,
Ἤρινναν, Τελέσιλλαν ἀγακλέα, καὶ σὲ Κόριννα,
θοῦριν ἀθαναίης ἀσπίδα μελψαμένην.
Νοσσίδα θηλύγλωσσον, ἰδὲ γλυκυαχέα Μύρτιν,
πάσας ἀεννάων ἐργατίδας σελίδων.
ἐννέα μὲν μούσας μέγας οὐρανός, ἐννέα δ᾽ αὐτὰς
γαῖα τέκε θνατοῖς ἄφθιτον εὐφροσύναν.

ALCIATVS.

Suauiloquas hymnis genuisse Helicona *sorores*
Aiunt, sed scopulus pieriæ Macedon.
Prexillam, *Myronẽ, Anytã quæ æqualis* Homero *est,*
Aeoliæ Sappho teq; decus patriæ.
Teq; *decens* Telesilla, *Erinne & nobilis, & te*
Attica quæ uersu bella Corinna canis.
Dulcidicam *myrtin, subtili &* Noßida *uoce,*
Harum *opera haud unquam comprimet ulla dies.*
Vt *Musis patria est cœlum, sic terra puellas*
Has *tulit, ô nostri magnus honos generis.*

Τίνας εἶπε λόγους Ἀπόλλων περὶ Ὁμήρου.

Ἤειδον μὲν ἐγών, ἐχάραξε δὲ θεῖος Ὅμηρος.

~~ALCIATVS.~~

Ipse quidem cecini, excepit diuinus Homerus.

Φιλίππου.

Οὐρανὸς ἄστρα τάχιον ἀποσβέσει, ἢ τάχα νυκτὸς
ἠέλιος φαιδρὴν ὄψιν ἀπεργάσεται,
καὶ γλυκὺ νᾶμα θάλασσα βροτοῖς ἀρυτήσιμον
ἢ νεκὺς εἰς ζωῶν χῶρον ἀναδράμεται, (ἕξει.
ἤ ποτε Μαιονίδαο βαθὺ κλέος, οὔνομ᾽ Ὁμήρου,
λήθη γηραλέων ἁρπάσεται σελίδων.

[illegible]s.

Astra prius cœlo deerunt, & sole sub ipso
Obscuræ facies splendida noctis erit.
Ante, maris fuerit dulcis quoq; fluxus acerbi.
Mortuus è tumulo surget & ante suo,
Quàm pereat magni cultißima Musa poëtæ,
Qui nunc à cæco lumine nomen habet.

ΕΙΣ ΣΑΠΦΩ. Πλάτωνος.

Ἐννέα τὰς μούσας φασίν τινες· ὡς ὀλιγώρως·
ἠνὶ δὲ καὶ Σαπφὼ Λεσβόθεν ἡ δεκάτη.

AVSONIVS.

Lesbia pierijs Sappho soror addita Musis,
εἰμ᾽ ἐνάτη λυρικῶν, ἀονίδων δεκάτη.

MORVS.

Musas esse nouem referunt, sed prorsus aberrant,
Lesbica nam Sappho pieris est decima.

G. LILIVS.

Quàm temere dixere nouem quidam esse sorores
Musarum, en Sappho Lesbis adest decima.

Ὅσαι μοῦσαι, καὶ οἷαι.

Καλλιόπη, σοφίην ἡρωΐδος εὗρεν ἀοιδῆς.

Κλειὼ καλλιχόρου κιθάρης μελιηδέα μολπήν.
Εὐτέρπη, τραγικοῖο χοροῦ πολυηχέα φωνήν.
Μελπομένη, θνητοῖσι μελίφρονα βάρβιτον εὗρε.
Τερψιχόρη χαρίεσσα, πόρεν τεχνήμονας αὐλούς.
ὕμνους ἀθανάτων Ἐρατὼ πολυτερπέας εὗρε.
Τέρψιας ὀρχηθμοῖο Πολύμνια πάνσοφος εὗρεν.
ἁρμονίην πάσαισι Πολύμνια δῶκεν ἀοιδαῖς.
Οὐρανίη, πόλον εὗρε, καὶ οὐρανίων χορὸν ἄστρων.
Κωμικὸν εὗρε Θάλια βίον τε, καὶ ἤθεα κεδνά.

VERGILIVS paulò aliter.

Clio gesta canens transactis tempora reddit.
Melpomene tragico proclamat mœsta boatu.
Comica lasciuo gaudet sermone Thalia.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget.
Terpsichore affectus citharis mouet, imperat, auget.
Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, uultu.
Carmina Calliope libris heroica mandat.
Vrania poli motus scrutatur & astra.
Signat cuncta manu, loquitur Polymnia gestu.
Mentis Apollineæ uis has mouet undiq; Musas.
In medio residens complectitur omnia Phœbus.

Quem ferè secutus est
FAVSTVS ANDREL.

Nanq; meas uarijs mulcebat cantibus aures
Cœlestes referens Musa nouena sonos.
Has medias nitida lustrabat lampade Phœbus,

Rectus & ex illo principe cœtus erat.
Priscaq; conuoluens & gesta recentia Clio
Retulit in fastis tempora scripta suis.
Euterpe calamos inflabat læta sonoros.
Terpsicore cantus associante pares.
Et quæ uincta manet tenui comœdia socco,
Prolata est uerbis blanda Thalia tuis.
Stabat Melpomene rubeis induta cothurnis,
Et tragicum mœsta uoce canebat opus.
Nec minus ô Erato terram dimensa profundam
Monstrabas spatio quanta sit illa suo.
Ipsaq; rhetoricis facunda Polymnia neruis,
Miscuit Actei dulcia mella faui.
Quinetiam assidua rapti uertigine cœli,
Vrania citum docta notabat iter.
Heroum ingenti carmen reboabat hiatu
Excellens reliquas Calliopea deas.
At tu Phœbe potens Cyllenia pectine dona
Tangebas longis conspiciende comis.

Ἀδέσποτον.

Ἡρόδοτος μούσας ὑπεδέξατο. τῷ δ' ἄρ' ἑκάστη
ἀντὶ φιλοξενίης βίβλον ἔδωκε μίαν.

Herodotus, quum se Musis præberet amicum,
Abstulit à quauis gratificante librum.

ΕΙΣ

ΕΙΣ ΠΟΛΕΙΣ

Γερμανικοῦ.

Ἕκτορ ἀρήϊον αἷμα, κατὰ χθονὸς εἴ που ἀκούεις,
χαῖρε, καὶ ἄμπνευσον βαιὸν ὑπὲρ πατρίδος.
Ἴλιον οἰκεῖται, κλεινὴ πόλις, ἄνδρας ἔχουσα
σοῦ μὲν ἀφαυροτέρους, ἀλλ' ἔτ' ἀρηϊφίλους.
Μυρμιδόνες δ' ἀπόλοντο. παρίστασο, καὶ λέγ' Ἀχιλλεῖ,
Θεσσαλίην κεῖσθαι πᾶσαν ὑπ' Αἰνεάδαις.

MORVS.

Gradiui genus Hector *aue, si quid sub humo audis,*
Respira, & patriæ nomine cresce tuæ.
Ilios urbs colitur nunc inclyta, gens colit illam
Quàm tu Marte minor, Martis amica tamen.
Myrmidones periere, ades & dic Hector *Achilli,*
Esse sub Aeneadis undiq; Thessaliam.

ΕΙΣ ΠΟΝΗΡΟΥΣ.

Ἄδηλον.

Φασὶ παροιμιακῶς, κἂν μῦς δάκοι ἄνδρα πονηρόν.
ἀλλὰ τόδ' οὐχ οὕτω φημὶ προσῆκε λέγειν.
ἀλλὰ δάκοι κἂν μῦς ἀγαθούς, καὶ ἀπράγμονας ἄνδρας·
τὸν δὲ κακὸν δεδιώς, δήξεται οὐδὲ δράκων.

MORVS.

Ausus erit mordere malum uel mus, uetus hoc est
Verbum, sed longe res habet illa secus.
Innocuos audet uel mus mordere, nocentem
Tangere non audet territus ipse draco.

[illegible]S.

Increbuit uulgo, uel murem lædere prauos,
Me tamen hic ſermo iudice falſus erit.
Mordeat imò uirum uel mus ſine fraude doloq́;
Vitabitq́; timens anguis & ipſe malum.

ALCIATVS.

Vel murem mordere malos, ſententia uulgo
Eſt celebris, homini proſpera cuncta bono.
Sed certe hæc uulgata fidem prouerbia nullam
Mi faciunt, uſus ſomnia & eſſe docet.
Vir bonus à cunctis impune impellitur, illum
Qui malus eſt, etiam fœta leæna fugit.

LVSCINIVS.

Mordeat exiguus mihi uel mus oro nocentem,
Aiunt, ſed falſo, Sic decet ergo loqui,
Mordeat innocuos uel mus, timidus draco nunquam,
Auſit peruerſi tangere membra uiri.

Παλλαδᾶ.

Εἰ τοὺς ἀνδροφόνους εὐδαίμονας ὄντας ὁρῶμεν,
οὐ πάνυ θαυμάζω, τοῦ Διός ἐστι γέρας.
τὸν γὰρ γινώσκοντα μεμισηκὼς καὶ ἐκεῖνος,
κτείνειν ἂν, εἰ ὁ κρόνος θνητὸς ἐτύγχανεν ὤν.
ἀντὶ δὲ τοῦ κτεῖναι, σὺν τοῖς Τιτῆσι κολάζει,
δέσμιον ὡς λῃστὴν εἰς τὸ βάραθρον ἐνείς.

[illegible]S.

Viuere quid mirum eſt homicidas ſæpe beatos,

Sunt

Sunt etiam magni talia facta Iouis.
Iamdudum Saturni odio æstuat ille parentis,
Si mortalis erat, hunc nece perdiderat.
Quum occidiße nequit, pariter nutricibus illum,
Vinctum ut Latronem detinet in barathro.

ΕΙΣ ΠΟΡΝΑΣ.

Παλλαδᾶ.

Τὴν Κίρκην οὔ φημι καθὼς εἴρηκεν Ὅμηρος
ἀντ᾽ ἀνδρῶν ποιεῖν ἢ σύας, ἢ λύκους.
τοὺς αὐτῇ προσιόντας. ἑταίρα δ᾽ οὖσα πανοῦργος,
τοὺς δελεασθέντας πτωχοτάτους ἐποίει.
τῶν δὲ ἀνθρωπείων ἀποσυλήσασα λογισμῶν,
εἶτ᾽ ἀπὸ τῶν ἰδίων μηδὲν ἔχοντας ἔτι,
ἔτρεφεν ἔνδον ἔχουσα, δίκην ζώων ἀλογίστων.
ἔμφρων δ᾽ ὢν Ὀδυσεὺς, τὴν νεότητα φυγὼν,
οὐχ Ἑρμοῦ, φύσεως δ᾽ ἰδίας ἔμφρονα λογισμὸν
εἶχε, γοητείας φάρμακον ἀντίπαλον.

Non, ut Homerus ait, tristi medicamine, lectos
Hospitio Circe reddidit ipsa sues.
Pauperior sed, quisquis erat, discessit ab illa,
Nam meretrix quondam perniciosa fuit.
Exutosq; sua prorsus ratione maritos
Fornice continuit, non secus atq; feras.
Et tamen hanc strenue delusam spreuit Vlyßes,
Insigni rerum cognitione ualens.

Mercurioq; datam nec fas est credere moly,
Ille sed ingenio reppulit usq; dolum.

Ἀδήλον.

Ἡ δὲ πρὶν αὐχήσασα πολυχρύσοις ἐπ᾽ ἐρασταῖς
ἣ νέμεσιν δεινὴν οὐχὶ κύσασα θεόν.
μίσθια νῶν ταλαθίοις πενιχροῖς πηνίσματα κρούει.
ὄψε γ᾽ ἀθηναίη κύπριν ἐλήϊσατο.

ALCIATVS.

Præcellens opibus quondam formaq; Philenis
Atq; etiam innumeris facta beata procis.
Nunc anus exuriens lanas & uellera uersat,
O serum Veneri Palladis auxilium.

ΕΙΣ ΠΤΩΧΟΥΣ.

Παλλαδᾶ.

Μηδέποτε ζήσας ὁ πένης βροτὸς, οὐδ᾽ ἀποθνήσκει.
καὶ ζῶν γὰρ δοκέων, ὡς νέκυς ἦν ὁ τάλας.
οἱ δὲ τύχας μεγάλας καὶ χρήματα πολλὰ λαχόντες
οὗτοι τὸν θανατὸν πτῶσιν ἔχουσι βίου.

MORVS.

Nunquam uixisti ô pauper, nunquam morieris,
Nempe miser, uisus uiuere, mortuus es.
At quibus immensa est fortuna, pecunia multa,
His uitæ finem mors aliquando facit.

[illegible]VS.

Parcunt fata uiro, quem rerum preßit egestas,
Nunquam uixit enim, qui modo uixit inops.

At qui-

At quibus est res ampla domi, fortunaq; mater,
Abstrahit hos opibus parca seuera suis.

~~[illegible]~~

Qui nunquam uixit, credis morietur egenus?
Viuit enim ut uiuit mortuus usq; miser.
Sed quibus est fortuna fauens, quibus integra res est,
Hos mortem ex uita tollere rite putes.

Ἄδηλον.

Εἰ κρίσις ἐστὶ κάτω, καὶ τάνταλος, οὐδὲν ἀπιστῶ,
τῇ πενίῃ μελετῶν τὴν ὑπὸ γῆν κόλασιν.

~~CORNARIVS.~~

Iudicium est orco, & si Tantalus, ipse scio quod
Curarum miseri supplicia inde dabunt.

Ἀδέσποτον.

Χρήματα καὶ πόρναις παραγίνεται, οὐκ ἀλεγίζω
μισείτω με τάλας χρυσὸς ὁ πορνοφίλας.

~~CORNARIVS.~~

Aurum uile mihi est, auro quoq; scorta beantur.
Me, quod scorta fouet, non amet opto, bonum.

~~CORNARIVS.~~

Te quum scorta habeant etiam magnifaciam aurum?
Non uolo me accedat, qui genus istud amat.

Ἄδηλον.

Οὗτος ὁ μηδὲν, ὁ λιτὸς, ὁ καὶ λάτρις, οὗτος ὁρᾶται;
ἔστι τίνος ψυχῆς κύριος ἀλλοτρίης;

~~CORNARIVS.~~

Hic nihili, & simplex homo, seruus & insuper extãs,

Est dominus mentis nunquid is alterius?

ΕΙΣ ΣΙΩΠΗΝ.

Παλλαδᾶ

Ἡ μεγάλη παίδευσις ἐν ἀνθρώποισι, σιωπή.
 μάρτυρα πυθαγόραν τὸν σοφὸν αὐτὸν ἔχω.
ὃς λαλέειν εἰδὼς, ἑτέρους ἐδίδασκε σιωπᾶν,
 φάρμακον ἡσυχίης ἐγκρατὲς εὑράμενος.

MORVS.

Rebus in humanis magna est doctrina tacere,
 Testis erit sapiens hic mihi Pythagoras.
Nempe loqui doctus, reliquos docet ille tacere,
 Magnum hoc ad requiem pharmacon inueniens.

Incerti interpretis.

Non mediocre bonum seruata silentia præbent,
 Huius Pythagoras non leuis autor erat.
Qui fari callens, alios reticere docebat,
 Inueniens monitis corda quieta suis.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πᾶς τις ἀπαίδευτος φρονιμώτατός ἐστι σιωπῶν,
 τὸν λόγον ἐγκρύπτων ὡς πάθος αἴσχιστον.

ALCIATVS expressit.

Quum tacet, haud quicquam differt sapientibus amens.
 Stultitiæ est index linguaque uoxque suæ.
Ergo premat labias, digitoque silentia signet,
 Et sese pharium uertat in Harpocratem.

ΕΙΣ ΣΟΦΙΑΝ.

Παύλου Σιλεντιαρίου.

Οὐ τὸ ζῆν χαρίεσσαν ἔχει φύσιν, ἀλλὰ τὸ ῥῖψαι
φροντίδας ἐκ στέρνων τὰς πολιοκροτάφους.
πλοῦτον ἔχειν ἐθέλω τὸν ἐπάρκιον. ἡ δὲ περισσὴ
θυμὸν ἀεὶ κατέδει χρυσομανὴς μελέτη.
ἔνθεν καὶ ἀνθρώποισιν ἀρείονα πολλάκι δήεις
καὶ πενίην πλούτου, καὶ θάνατον βιότου.
ταῦτα σὺ γιγνώσκων, κραδίης ἴθυνε κελεύθους,
εἰς μίαν εἰσορόων ἐλπίδα, τὴν σοφίην.

~~IO. SLEIDANVS.~~

Ni quis ab immodicis animum ſubduxerit omnem
Curis, iam uitæ gratus abibit honos.
Quod ſatis eſt, cupio, mihi porrò diſplicet auri
Sæuus amor, mentem lædere nanq; ſolet.
Diuitijsq; ferè (nimium peccatur utrinq;)
Pauperies, uita morsq; petenda magis.
Propterea, quocunq; demum fortuna uocarit,
Conſilio prudens res moderare tuas.

~~CORNARIVS.~~

Viuere cui gratum credas, curas niſi ſi quis
Canitie quæ implent tempora proijciat.
Sint mihi diuitiæ quantum ſatis, & nihil auri,
Quod cupidum furijs impleat inde animum.
Ergo homini ſemper longe meliora putabis
Diuitijs, uita & pauperiem atq; necem.

Quod si cognoscis, cordis uada rite gubernans,
Vnica quæ tandem liberet est sophia.

ΕΙΣ ΣΥΓΚΡΙΣΙΝ.

Ἄδηλον.

Εἰ κύκνῳ δύναται κόρυδος παραπλήσιον ᾄδειν,
τολμῷεν δ' ἐρίσαι σκῶπες ἀηδονίσιν,
εἰ κόκκυξ τέττιγος ἐρεῖ λιγυρώτερος εἶναι,
ἶσα ποιεῖν καὶ ἐγὼ Παλλαδίῳ δύναμαι.

C. VRS. VELIVS.

Si corydus cantu queat esse propinquus olori,
Aut ululæ tecum si philomela sonent,
Cuculus & cupiat uocalior esse cicada,
Tum uel ego uersu par ero Palladio.

[illegible]S.

Si corydus cygni uocem formare canendo,
Lusciniæq; potest reddere pica sonum.
Obstreperam si forte queat superare cicadam
Coccyx, perscribam qualia Palladius.

ΕΙΣ ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΝ.

Ἄδηλον.

Σωφροσύνη, καὶ ἔρως, κατ' ἐναντίον ἀλλήλοισιν
ἐλθόντες, ψυχὰς ὤλεσαν ἀμφότεροι.
Φαίδρην μὲν κτεῖνεν πυρόεις πόθος Ιππολύτοιο,
Ιππόλυτον δ' ἁγνὴ πέφνε σωφροσύνη.

MORVS.

Hi duo detraxere duos, incestus & almus,

Dum

Dum contrà occurrunt, hinc amor, inde pudor.
Phædrã amor Hippolyti *consumpserat igneus, ipsum*
Interimitq́; *sacer proh dolor* Hippolytum.

ALCIATVS.

Quum tam dißideant amor, & moderatio, quî fit
Sæpius euentus ut similes habeant?
Occidit *infando* Hippolyti Minois *amore,*
Et *Veneri parcens occidit* Hippolytus.

LVSCINIVS.

Iuncta simul Veneri turpi, moderatio casta
Pugnant, utrunq; est hinc tamen exitium.
Vrit enim Phædram flamma atq; extinguit amoris,
Hippolytum *perdunt pectora casta bonum.*

Παλλαδᾶ.

Νηδὺν ἀναίσχυντον στιβαροῖς ἤχυνα λογισμοῖς,
σωφροσύνῃ κολάσας ἔντερον ἀργαλέον.
εἰ γὰρ ἔχω τὸν νοῦν ὑπερκείμενον ὑψόθι γαστρὸς,
πῶς μὴ νικήσω τὴν ὑποτασσομένην;

[illegible].

Quanquam uentris erat gurges nimiũ usq; molestus,
Hunc mihi subieci sobrietate tamen.
Quumq́; sit inferior uenter ratione magistra,
Nónne queat facili uincier ille manu?

Τοῦ αὐτοῦ.

Γαστέρα μισήσει θεὸς, καὶ βρώματα γαστρός.
εἵνεκα γὰρ τούτων σωφροσύνη λύεται.

CORNARIVS.

Et uentrē, & quæ explent, odit deus omnia, uentrem,
Horum etenim cauſa ſobrietas periјt.

ΕΙΣ ΤΙΜΗΝ.

Παλλαδᾶ.

Ἐκλήθην παρὰ σοῦ τω ῥήτορος, εἰ δ' ἀπελείφθην,
τὴν τιμὴν ἀπέχω, καὶ πλέον εἰμὶ φίλος.
Οὐδὲ γὰρ ἡ ψυχὴ τὸ φαγεῖν κρίνουσα γέγηθεν,
ἀλλὰ μόνον τιμῆς αἰσθομένη, τρέφεται.

CORNARIVS.

Rhetora me dicis, quamuis nō dignus honore hoc
Sim, tamen eſt gratum, hinc plus tibi amicus ero.
Nullis ex epulis animus ſua gaudia ducit,
Gaudet laude, cibo hoc paſcitur ille ſuo.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πολλάκις ἀντέστησα τεὴν φιλότητα, καὶ ὕβριν,
καὶ πολὺ κουφοτέρην σὴν φιλότητα μαθών.
λοιδορίην δὲ ῥέπουσαν ἐχωρίσθην φιλότητος,
μηκέτι βαστάζων ὕβριν ἀτιμοτάτην.

CORNARIVS.

Pondero ſæpe tuum faſtum cum concito amore,
Sed tamen immenſo faſtu amor eſt leuior.
Conuitia inclinant libram, ſeiuncta ab amore,
Ergo mihi deinceps talia ſemper erunt.

ΕΙΣ ΤΥΧΗΝ.

Ἐλπὶς, καὶ σὺ τύχη, μέγα χαίρετε. τὸν λιμέν' εὗ- (ρον.

οὐδὲν ἐμοὶ, χὑμῖν, παίζετε τοὺς μετ' ἐμέ.

MORVS.

Iam portum inueni, Spes & Fortuna ualete.
Nil mihi uobiscum est, ludite nunc alios.

G. LILIVS.

Inueni portum, Spes & Fortuna ualete,
Nil mihi uobiscum, ludite nunc alios.

Λουκιανοῦ.

Ἀγρὸς ἀχαιμενίδου γενόμην ποτὲ, νῦν δὲ μενίπ-
καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον. (που
καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχειν με ποτ' ᾤετο, καὶ πάλιν οὗτος
οἴεται. εἰμὶ δ' ὅλως οὐδενὸς, ἀλλὰ τύχης.

G. LILIVS.

Nuper Achæmenidæ, sed nunc sumus arua Menippi.
Et nunc hunc rursus, nunc alium petimus.
Ille etenim nuper, nunc & nos alter habere
Se putat. at nobis nil nisi usus inest.

MORVS.

Nuper Achæmenidæ fueram, nunc ecce Menippi.
Adq; alium rursus deueniam ex alio.
Me proprium nunc iste putat, propriũ ille putabat.
Ast ego nullius sum, nisi fortis ager.

C. VRS. VELIVS.

Fundus Achæmenidæ fueram, nunc cedo Menippo.
Mox alium rursus, mox aliumq; sequar.
Vtq; suum hic credit, sic me prius ille putauit,
Sed me, Fortunæ sum quia, nullus habet.

LVSCINIVS.

Nuper Achæmenidæ, mox nunc ager esse Menippi
Cœpi, cōmutans sorte breui dominos.
Nam dum me hic putat esse suū, rursus putat hic, sed
Neuter habet, nam sors datq;, rapitq; sibi.

ALCIATVS.

Fundus Aristagoræ quondam, nunc uilla Menippi,
Mox alium ex alio transferar in dominum.
Hic proprium me credit, idem credebat & ille.
Quum sim nullius, nec nisi sortis ager.

Αγαθίου.

γριπεύς τις μογέεσκεν ἐπ᾽ ἰχθύσι. τὸν δ᾽ ἐσιδοῦσα
εὐκτέανος κούρη, θυμὸν ἔκαμνε πόθῳ.
καί μιν θῆκε σύνευνον. ὁ δ᾽ ἐκ βιότοιο πενιχροῦ
δέξατο παντοίης ὄγκον ἀγλαΐης.
ἡ δὲ τύχη γελόωσα, παρίστατο. καί ῥ᾽ ἐπὶ κύπριν
οὐ τεὸς οὗτος ἀγὼν, ἀλλ᾽ ἐμός ἐστιν, ἔφη.

MORVS.

Pisces dum captat piscator, diuitis illum
Nata uidet, uisi flagrat amore uiri.
Deinde uiro nubit. Sic illi ex paupere uita,
Magna superbarum copia uenit opum.
Astitit & ridens Fortuna ait, heus Venus haud iam
Mars erat iste tuus, Mars erat iste meus.

ALITER.

Mars erat iste meus, Venus inquit, uerba retorquens,
Illico sors eadem, Mars erat iste meus.

Εἰς

Εἰς ἄρχοντα ἀνάξιον τῆς τοιαύτης
προαγωγῆς.

Οὐκ ἐθέλουσα τύχη σε προήγαγεν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ,
ὡς ὅτι καὶ μέχρι σοῦ πάντα ποιεῖν δύναται.

MORVS.

Non tibi quod faueat, sic te Fortuna leuauit,
Vel de te liqueat, uult sibi quid liceat.

LVSCINIVS.

Non fortuna fauens te ad summos uexit honores,
In te sed docuit cuncta licere sibi.

Παλλαδᾶ.

Οὐ λόγον, οὐ νόμον οἶδε τύχη. μερόπων δὲ τυραν-
τοῖς ἰδίοις ἀλόγως ῥεύμασι συρομένη. (νεῖ
μᾶλλον τοῖς ἀδίκοισι ῥέπει, μισεῖ δὲ δικαίους,
ὡς ἐπιδεικνυμένη τὴν ἄλογον δύναμιν.

Iudicio Fortuna carens mortalibus ægris
Imperat, ac uarie quælibet una regit.
Quinetiam est inimica bonis, ac semper iniquos
Promouet, imperium damnat & ipsa suum.

LVSCINIVS.

Lege caret certa fortunæ sæua tyrannis,
Mortalesq; suo diripit arbitrio.
Stulta bonos uexans odio, felicia præstat
Immeritis, pateant quo fera regna suis.

Παλλαδᾶ.

Παίγνιόν ἐστι τύχης μερόπων βίος, οἰκτρὸς ἀλήτης

πλούτου, καὶ πενίης μεσόθι στρεβόμενος.
καὶ τοὺς μὲν κατάγουσα, πάλιν σφαιρηδὸν ἀείρει.
τοὺς δ᾽ ἀπὸ τῶν νεφελῶν, εἰς ἀΐδην κατάγει.

Incerti interpretis.

Sola hominum uitam præceps Fortuna *gubernat,*
Inter diuitias pauperiemq; locans.
Quos prius euertit, rursum sublime uolutat.
Hos leuat ad nubes, hos ad auerna trahit.

Ludit in humanis rebus Fortuna, *& ab omni*
Parte repentinus nascitur usq; dolor.
Euehit hæc rursum, misere quos presserat ante,
Præcipitatq; solo, quos modo ad astra tulit.

LVSCINIVS.

Ludus Fortunæ *uita est miserabilis, errans*
Inter opes, tristem pressaq; pauperiem.
Voluitur inq; rota, penitus conscendere nubes,
Extemplo infernos iussa subire lares.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εὖγε λέγων, τὸν καιρὸν ἔφης θεὸν, εὖγε Μένανδρε,
ὡς ἀνὴρ Μουσῶν, καὶ Χαρίτων πρόθυμος.
πολλάκι γάρ τοι σφόδρα μὴ διμυνηθέντος ἄμεινον
πρόσπεσον εὐκαίρως εὗρέ τι ταὐτόματον.

LVSCINIVS.

Euge tibi deus est Occasio *pulchra* Menander,
Et Musæ & Charites *hoc docuere tuæ.*

Sæpe

Sæpe equidem casus multo maiora dedit, quàm
Infelix animo finxerat ingenium.

Ritè deus docto est Occasio dicta Menandro.
Sic Musæ & Charites hunc docuere bonæ.
Sæpe dedit quædam, nam Occasio sponte, benignè, &
Quæ nulla efficere aut cura, labor'ue queat.

Ἀδήλου.

Πολλὰ τὸ δαιμόνιον δύναται, κἂν ᾖ παράδοξα.
τοὺς μικροὺς ἀνάγει, τοὺς μεγάλους κατάγει.
καὶ σοῦ τὴν ὀφρῦν, καὶ τὸν τῦφον καταπαύσει,
κἂν ποταμὸς χρυσοῦ νάματά σοι παρέχῃ. (σας
οὐ θρύον, οὐ μαλάχην ἄνεμος ποτὲ, τὰς δὲ μεγί
ἢ δρύας, ἢ πλατάνους, οἶδε χαμαὶ κατάγειν.

Multa potest Fortuna, uel insperata, potenteis
Deijcit, ac tenueis subuehit illa uiros.
Illa supercilium tibi protinus auferet, & si
Aurifero madeat flumine tota domus.
Ventus enim malua, limosaq; abstinet ulua,
Sed ueteres ornos exagitare solet.

ΕΙΣ ΥΠΕΡΟΨΙΑΝ.

Παλλαδᾶ.

Ἂν μνήμης ἄνθρωπε λάβῃς ὁ πατήρ σε τί ποιῶν
ἔσπειρεν, παύσῃ τῆς μεγαλοφροσύνης.

ἀλλ᾽ ὁ Πλάτων σοὶ τῦφον ὀνειρώσσων ἐνέφυσεν,
ἀθάνατόν σε λέγων, καὶ φυτὸν οὐράνιον.
ἐκ πηλοῦ γέγονας, τί φρονεῖς μέγα; τοῦτο μὲν οὕτως
εἶπ᾽ ἄν τις κοσμῶν πλάσματι σεμνοτέρῳ.
εἰ δὲ λόγον ζητεῖς τὸν ἀληθινὸν, ἐξ ἀκολάστου
λαγνείας γέγονας, καὶ μιαρᾶς ῥανίδος.

MORVS.

Heus homo si memor es, quid te dum gigneret, egit
Tum pater, ex animo iam tumor ille cadet.
At Plato te fastu dum somniat, inflat inani,
Aeternumq; uocat semen & æthereum.
Factus es ecce luto, quid suspicis alta? sed istud
Plasmate qui te ornat, nobiliore feret.
Quin si uera uoles audire, libidine fœda
Natus es è coitu, guttula & è misera.

C. VRS. VELIVS.

Quid pater egit, homo, quum te tuus ederet olim
Si recolas, tumida mente ferere minus.
Sed Plato te fastu complet, dum cœlitus ortum
Somniat, æthereæ stirpis & esse genus.
Nate luto nam quid turges? sic plasmate dicet
Si quis honestatum nobiliore uelit.
Quin si uera petis, te flagitiosa libido
Seuit, & è spurco uita liquore tua est.

ΕΙΣ ΦΘΟΝΟΝ. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ο φθόνος οἰκτιρμοῦ κρείττων Πίνδαρος ὄψιν ἀμείνων.

οἱ βασκαινόμενοι, λαμπρὸν ἔχουσι βίον.
τοὺς δὲ λίαν ἀτυχεῖς, οἰκτείρομεν. ἀλλά ὡς εἴην
μήτ' ἄγαν εὐδαίμων, μήτ' ἐλεεινὸς ἐγώ.
ἡ μεσότης γὰρ ἄριστον. ἐπεὶ τὰ μὲν ἄκρα πέφυκε
κινδύνους ἐπάγειν, ἔσχατα δ' ὕβριν ἔχει.

MORVS.

Inuidia est peior miseratio, Pindarus inquit.
Felici inuidiam splendida uita facit.
At nimium miseros, miseramur, Pindarus inquit.
Hei nimium felix, nec miserandus ego.
Scilicet extremis longe mediocria præstant.
Infima calcantur, summa repente ruunt.

Peior liuore est miseratio, Pindarus inquit,
Nam sunt felices quos petit inuidia.
Horum nos contrà miseret, quorum aspera sors est.
At mihi donari non cupio alterutrum,
Vt nimium felix, uel sim miserabilis ulli,
Nam præstat cunctis rebus adesse modum.
Quandoquidem celsæ uicina pericula sorti,
Imaq; deprimitur non toleranda ferens.

Ἄδηλον.

Ὁ φθόνος ἐστὶ κάκιστον, ἔχει δέ τι καλὸν ἐν αὐτῷ,
τήκει γὰρ φθονερῶν ὄμματα καὶ κραδίην.

IOAN. SOTER.

Pessima res liuor, solamen quoddam habet in se,

Liuido enim exagitat lumina corq; simul.

LVSCINIVS.

Inuidia quum sit nil peius, habet tamen in se
Hæc bona, tabe oculos, atraq; corda ferit.

Ἀρίστωνος ἢ Ἑρμοδώρου.

Πριαμίδα κάλλει γανυμήδεος εἶπέ ποθ' Ἥρη,
θυμοβόρου ζάλου κέντρον ἔχουσα νόῳ,
ἄρσεν πῦρ ἔτεκε τροία Διΐ. τοι γὰρ ἐγὼ πῦρ
πέμψω ἐπὶ τροίαν πῆμα φέροντα πάριν.
ἥξει δ' ἰλιάδαις οὐκ αἰετὸς ἀλλ' ἐπὶ θοίναις
γῦπες, ὅταν δαναοὶ σκύλα φέρωσι πόνων.

~~CORNARIVS.~~

Iliaci pueri forma Saturnia coniunx
Offensa, & stimulis exagitata malis.
Ignem Troia Ioui peperit, sed rursus ego ignem
Immittam dixit, quàm mala magna Parin.
Non Aquila adueniet, rapiet tua prandia uultur
Multus, quum Danais tu spolia ampla dabis.

Ἄδηλον.

Ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτοῦ ἑοῖς βελέεσι δαμάζει.

SOTER.

Liuidus ipse domat proprio se uindice telo.

ΕΙΣ ΦΥΛΑΡΓΥΡΟΥΣ.

Πλάτωνος. οἱ δὲ, Ἀντιπάτρου.

Χρυσὸν ἀνὴρ, ὁ μὲν εὗρεν, ὁ δ' ὤλεσεν. ὧν ὁ μὲν εὑ-(ρὼν,
ῥίψεν. ὁ δ' οὐχ εὑρὼν, λυγρὸν ἔδησε βρόχον.

Στα

Στατυλλίου Φλάκκου. (σόμ

Χρυσὸν ἀνὴρ εὑρὼν, ἔλιπε βρόχον. αὐτὰρ ὁ χρυ-
σὸν λίπεν οὐχ εὑρὼν, ἧψεν ὃν εὗρε βρόχον.

LAER. INTERP.

Deposuit laqueos, aurum uir nactus, at aurum
Non nactus, laqueis tristia colla ligat.

BENTINVS.

Aurum qui reperit laqueum abijcit, alter amisso
Auro, collo aptat quem reperit laqueum.

AVSONIVS.

Qui laqueum collo nectebat, repperit aurum,
Thesauriq; loco deposuit laqueum.
Atqui condiderat, postquam non repperit aurum,
Aptauit collo quem reperit laqueum.

IDEM.

Thesauro inuento, qui limina mortis inibat,
Liquit ouans laqueum quo periturus erat.
At qui, quod terræ abdiderat non repperit aurum,
Quem laqueum inuenit nexuit, & perijt.

Ἄδηλον. (ςαῦς

Τέρπε δανειζόμενος τὴν σὴν φρένα. τοῖς δὲ δανει-
κάλλιπε τὴν ψῆφον δάκτυλι καμψοδίνῳ.

LVSCINIVS.

Viue diu fœlix cui creditor æs dedit amplum,
Anulum inexplicitum quo crucietur habet.

~~CORNARIVS.~~

Accipe tu lætus tradit cui creditor aurum,
Per digitos numeros linquito perq; notas.

ΕΙΣ ΦΙΛΙΑΝ.

Ἄδηλον.

Θησαυρὸς μέγας ἐστ᾽ ἀγαθὸς φίλος Ἡλιόδωρε,
τῷ καὶ τηρῆσαι τοῦτον ἐπισταμένῳ.

~~[illegible].~~

Si quis amicitiæ legum perdoctus, amicum
Deligat, haud paruum repperit ille bonum.

LVSCINIVS.

Ingens thesaurus bonus est & dulcis amicus,
Si quis seruare hunc Heliodore sciat.

Ἄδηλον.

Γνήσιός εἰμι φίλος, καὶ τὸν φίλον, ὡς φίλον οἶδα.
τοὺς δὲ κακούς, διόλου πάντας ἀποστρέφομαι.
οὐδένα θωπεύω πρὸς ὑπόκρισιν. οὓς δ᾽ ἄρα τιμῶ,
τούτους ἐξ ἀρχῆς μέχρι τέλους ἀγαπῶ.

~~[illegible]S.~~

Ipse ego, qui fidum noui tractare sodalem,
Ne qua commaculer parte, repello malos.
In speciem nulli palpor, sed quisquis amatur
Vel semel, ad cineres hic mihi amicus erit.

Ἄδηλον.

Μήποτε τὸν προϊόντα παρεὶς φίλον, ἄλλον ἐρεύνα,
δειλῶν ἀνθρώπων ῥήμασι πειθόμενος.

LVSCINIVS.

Commutes nolim præſentem ſanus amicum
Ignoto, id ſuadet garrula turba malum.

Ἄδηλον. (πολλοὶ

Πρᾶγμα μὲν ἔσθ' ὁ φίλος πάνυ δύσκολον, εἰσὶ δὲ
καὶ χεδὸν οἱ πάντες, μέχρι προσηγορίας.

LVSCINIVS.

Difficilis res eſt inuentu uerus amicus,
Nec durant primus quos tibi ſermo parat.

~~[illegible]VS.~~

Sunt multi, quamuis rara eſt res uerus amicus,
Prompti ſi alloquium, conſilium'ue petas

Ἄδηλον.

Κισσῷ μὲν Διόνυσος ἀγάλλεται, αἰγίδι δὲ Ζεύς,
οἱ ναέται ξείνοις, ἡ δὲ πόλις ναέταις.

LVSCINIVS.

Bacchus iners hedera, Saturnius ægide gaudet,
Ciuibus urbs, ciues hoſpitibusq; fiuent.

~~[illegible]~~

Bacchus amat hederas, & Iupiter ægide gaudet,
Hoſpitibus ciues, ciuibus urbs fruitur.

ΕΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΣ.

Εἰς Ἐμπεδοκλῆν.

Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε, κόρη τε,
θάμνος τ', οἰωνός τε, καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς.

BENTINVS

Nam, memini, fueram quondam puer, atq; puella,

Plantaq́;, & ignitus piſcis, pernixq́; uolucris.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ὦ φίλοι, οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ ἀκράγαντος,
ναίετ' ἀν' ἄκρα πόλιος, ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων
χαίρετ'. ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητὸς,
πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος ὥσπερ ἔοικε,
ταινίαις τε περίστεπτος, στέφεσίν τε, θαλείαις.

LAERTIVS ADDIT.

Τοῖσιν ἅμ' εὖτ' ἂν ἵκωμαι ἐς ἄστεα τηλεθόωντα
ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ σεβίζομαι· οἱ δ' ἅμ' ἕπονται
μύριοι, ἐξερέοντες ὅπῃ πρὸς κέρδος ἀταρπὸς,
οἱ μὲν μαντοσυνέων κεχρημένοι, οἱ δ' ἐπὶ νούσων
παντοίων ἐπύθοντο κλύειν εὐηκέα βάξιν.

BENTINVS.

Vrbem qui flaui ad ripas Acragantis amici
Incolitis magnam, res & curatis honeſtas
Saluete. Immortalis ego conuerſor apud uos
Vt par eſt, deus, tali me dignor honore,
Formoſis uinctus uittis, roſeisq́; corollis.
Queis quando egregias ueniam comitatus ad urbes,
Mulieribus maribusq́; colar, comitesq́; ſequentur
Innumeri, ad lucrum quos ardens ſemita ducit,
Quiq́; prophetiam exercent, qui diſcere morbi
Omnigeni curam cupiunt artesq́; ſalubres.

Ἀπὸ θεὲς

Ἀποφθέγματα τῶν ἑπτὰ σοφῶν.

Ἑπτὰ σοφῶν ἐρέω κατ' ἔπος πόλιν, οὔνομα, φωνήν.
μέτρον μὲν Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος εἶπεν ἄριστον.
Χίλων δ' ἐν κοίλῃ Λακεδαίμονι, γνῶθι σεαυτόν.
ὃς δὲ Κόρινθον ἔναιε, χόλου κρατέειν Περίανδρος.
Πιττακὸς, οὐδὲν ἄγαν, ὃς ἔην γένος ἐκ Μιτυλήνης.
τέρμα δ' ὁρᾶν βιότοιο, Σόλων ἱεραῖς ἐν Ἀθήναις.
τοὺς πλέονας κακίους δὲ, Βίας ἀπέφηνε Πριηνεύς.
ἐγγύην φεύγειν δὲ, Θαλῆς Μιλήσιος ηὔδα.

GEORG. HERMONYMVS.

Verba loquor septem sapientum, nomen, & urbem.
Cerne Solon uitæ finem, sacris in Athenis.
Inq; caua Chilon temet Lacedæmone nosce.
Optima mensura est, Cleobulus Lindius inquit.
Turba, Bias Priene satus, canit, ampla malorum.
Nil nimis, est genitus qui Pittacus ex Mitylene.
Et Periander agens, iræ moderare, Corinthi.
Miletoq; Thales ortus, uadimonia linque.

HERM. A NOVA AQVILA CO.

Nomina, dicta, urbes, septem canimus sapientum.
(Optima mensura est,) Cleobolus Lindius inquit.
Pittacus ast (ne quid nimis) essatur Mitylenis.
(Te cognosce ipsum) Lacedæmonis incola Chilon.
Quiq; Corinthius est (iram rege) ait Periander.
Atticus hinc Solon (uitæ, inquit respice finem.)
(Non spondere) Thales Milesius utile censet.

(Plena malorum cuncta) Bias canit urbe Priene.

Εἰς Ἡράκλειτον.

Μὴ ταχὺς Ἡρακλείτου ἐπ' ὀμφαλὸν εἴλυε βίβλον
τοὐφεσίου. μάλα τοι δύσβατος ἀτραπιτός.
ὄρφνη, καὶ σκότος ἐστὶν ἀλάμπετον· ἢν δὲ σε μύστης
εἰσαγάγῃ, φανεροῦ λαμπρότερ' ἠελίου.

LAERTII INTERP.

Noli Heraclitum rapido percurrere passu,
Est uia difficilis, luce papyrus eget.
In sua si doctus reduxerit atria uates,
Cuncta uidebuntur lucidiora die.

Nec tu Heracliti celer excußisse libellos
Poßis, inuia sunt plurima, plura latent.
Sunt tenebræ, tetra & docto caligo magistro
Indiga, splendebunt quo duce Sole magis.

Εἰς Πυθαγόραν.

Ἡνίκα Πυθαγόρης τὸ περικλεὲς εὕρατο γράμμα,
κεῖν', ἐφ' ὅτῳ κλεινὴν ἤγαγε βουθυσίην.
δὴ τότε μιν στυφελιζομένου σκύλακος παριόντα
φασὶν ἐποικτεῖραι, καὶ τόδε φάσθαι ἔπος,
παῦσαι, μηδὲ ῥάπιζ', ἐπεὶ ἦ φίλου ἀνέρος ἐστὶ
ψυχή, τὴν ἔγνων, φθεγξαμένης ἀΐων.

BENTINVS.

Pythagoras quondam dijs fecit nobile sacrum,
Inuenta est illi litera quod celebris.

Qui

Qui catulum duro miseratus uerbere cæsum,
Quum, ut fama est, olim præterijsset, ait:
Desine, ne miserum cædas, nam charus amici
Est animus, quod uox indicat ipsa mihi.

ΕΙΣ ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΑΝ.

Ἄδηλον.

Ἐκ πυρὸς ἰλιακοῦ, δοράτων μέσον ἥρπασεν ἥρως
αἰνείας, ὅσιον παιδὶ βάρος πατέρα.
ἔκλαγε δ᾽ ἀργείοις μὴ ψαύετε. μικρὸν ἐς ἄρη
κέρδος ὁ γηραλέος. τῷ δὲ φέροντι, μέγα.

MARVLLVS.

Quum ferret medios proles Cytheræa per hostes
Impositi collo languida membra patris,
Parcite, ait, Danai, leuis est sene gloria rapto.
At non erepto gloria patre leuis.

C. VRS. VELIVS.

Iliaco Aeneas igni per tela, per hostes,
Eripuit, nati pondera sancta, patrem.
Atq; ait hæc Graijs, huic parcite, parua duello
Hic, mihi gestanti præda sed ampla pater.

LVSCINIVS.

Iliaca è flamma rapuit per tela, per hostes,
Troius Aeneas pignora sacra, patrem.
Parcite Graiugenûm turmæ, inquit, præda senilis
Quam porto, nati, non lucra uestra iuuat.

[illegible]S.

Flamma uolans totam Troiæ succenderat urbem,

Quum pius Aeneas sustulit inde patrem.
Atq; ait Argiuis, concedite, parua duelli
Præda senex, sed non parua erit ille mihi.

ΑΛΦΕΙΟΥ.

χειμερίαις νιφάδεσσι παλυνομένα ἱθὰς ὄρνις,
τέκνοις εὐναίας ἀμφέχεε πτέρυγας,
μέσφα μιν οὐράνιον κρύος ὤλεσεν. ἦ γὰρ ἔμεινεν
αἰθέρος οὐρανίων ἀντίπαλος νεφέων.
Πρόκνη, καὶ Μήδεια, κατ' ἄϊδος αἰδέσθητε
μητέρες, ὀρνίθων ἔργα διδασκόμεναι.

ALCIATVS.

Ante diem uernam boreali cana palumbes
Frigore nidificat, præcoqua & oua fouet.
Mollius & pulli ut iaceant, sibi uellicat alas
Quis nuda hyberno deficit ipsa gelu.
Ecquid Colchi pudet, uel te progne improba? mortē
Quum uolucris propriæ prolis amore subit.

ΑΡΧΙΟΥ.

Οὐ τόσσον Ἀθάμας ἐπεμήνατο παιδὶ Λεάρχῳ,
ὅσσον ὁ Μηδείης θυμὸς ἐτεκνοφόνει,
ζῆλος ἐπὶ μανίης μεῖζον κακόν. εἰ δὲ φονεύοι
μήτηρ, ὧν τίνι νῦν πίσις ἔτ' ἐστὶ τέκνων;

CORNARIVS.

Non Athamas furijs tantis tulit ipse Learchum.
Quantis Medea est exagitata odijs.
Mixtus amore furor grauior, sic improba mater

Si enecat, ah tandem quò fugiet soboles?

IDEM.

Natum Athamas perimit, crudelis & inde putatur.
Medea at quanto est mater iniqua magis?
Aemula sic furia est plus improba, perfida mater
Si occidis, natis quae extat amica sinus?

Ἀντιπάτρου θεσσαλοῦ.

Παιδὸς ἀπ' ὑψηλῶν κεράμων, ὑπὲρ ἄκρα μέτωπα
κύπτοντος, μοῖραν νηπιάχοις ἄφοβον.
μήτηρ ἐξόπιθεν μαζῷ μετέστρεψε νόημα.
δὶς δὲ τέκνῳ ζωὴν ἐγκεχάριστο γάλα.

CORNARIUS.

A tegulis summis terram prospectat ut infans,
Fatale hoc pueris quod solet esse malum.
Huic mammas monstrans mater retraxit, ut esset
Saluus, sic uitam à lacte bis ille capit.

LVSCINIVS.

Infans praecipiti casu periturus ab alto,
Visis maternis uertitur uberibus.
Fata uide miranda dei, bis reddere uitam
Altrici mater prouida lacte potest.

Ἀρχίου.

Αἶαν ὅλην, νήσους τε διϊπταμένη σὺ χελιδὼν,
Μηδείης γραπτῇ σηκίδι νεοσσοτροφεῖς.
ἔλπῃ δ' ὀρταλίχων πίστιν σέο τήνδε φυλάξειν
κολχίδα, μηδ' ἰδίων φεισαμένην τεκέων.

MARVLLVS.

Quid uaga tot terras urbesq; emensa uolucris,
Colchidos in sæuo nidificas gremio?
Pignoribusq; tuis credis malesana fidelem,
Ipsa suos partus quæ laniauit atrox?
Ni fœtus exosa tuos Pandione nata,
Phasiaca quæris perdere sæuitia.

ΕΙΣ ΦΡΟΝΗΣΙΝ.

Λουκιανοῦ.

Ἡ βραδύπους βουλή, μέγ' ἀμείνον. ἡ δὲ ταχεῖα,
αἰὲν ἐφελκομένη τὴν μετάνοιαν ἔχει.

[illegible]

Sit mora consilijs. Nam si moderamine tractes,
Prosunt, ut stulte præcipitata nocent.

LVSCINIVS.

Sanius efficiet mora consilium, properantes
Pœnitet, hæc stultos præmia digna manent.

ΕΙΣ ΦΡΟΝΤΙΔΑΣ.

Μιμνέρμου. •—

Τὴν σαυτοῦ φρένα τέρπε. δυσηλεγέων δὲ πολιτῶν
ἄλλος τίς σε κακῶς, ἄλλος ἄμεινον ἐρεῖ.

MORVS.

Tu teipsum oblectes, & uulgi uerba loquacis
Sperne, bene hic de te dicet, & ille male.

Παλλαδᾶ.

Εἰ τὸ μέλειν δύναταί τι, μερίμνα, καὶ μελέτω σοι

εἰ δὲ

εἰ δὲ μέλει περὶ σοῦ δαίμονι, σοὶ τί μέλει;
οὔτε μεριμνήσεις δίχα δαίμονος, οὔτ' ἀμελήσεις.
ἀλλ' ἵνα σοὶ τι μέλῃ· δαίμονι τοῦτο μέλει.

Si quid cura potest, ut cures cuncta monemus,
Nec cures pro te numine sollicito.
Sed neq; tu curare queas sine numine, nanq;
Quod cures, quod non, cura erit ista deo.

ΕΙΣ ΧΡΟΝΟΝ.

πλάτωνος.

Αἰὼν πάντα φέρει. δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβειν
οὔνομα, καὶ μορφὴν, καὶ φύσιν, ἠδὲ τύχην.

LVSCINIVS.

Omnia fert ætas, quid enim non deterat æuum?
Fortunam, faciem, nomen & ingenium.

Omnia fert ætas, fortunaq́; formaq́; nomen,
Ingenij & dotes quàm subito intereunt.

Omnia fert ætas, mutant quoq; secula nomen,
Et genus, & formam, diuitiasq́; simul.

Ἄδηλον.

Τῆς ὥρας ἀπόλαυε· παρακμάζει ταχὺ πάντα·
ἓν θέρος ἐξ ἐρίφου τρηχὺν ἔθηκε τράγον.

LVSCINIVS.

Horis perge frui labentibus, en breuis æstas,

Ex

Ex hœdo rigidum perficit una caprum.

[illegible]

Aestas una potest hœdum mutare tenellum
Hircus ut existat. Gaudia carpe puer.

ΕΙΣ ΩΡΑΣ. Ἄδηλον.

Ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται. αἱ δὲ μετ' αὐτὰς,
γράμμασι δεικνύμεναι, ζῆθι λέγουσι βροτοῖς.

VOLATERRANVS.

Sex horæ tantum rebus tribuuntur agendis,
Viueq; post illas, littera Zetha monet.

ALCIATVS.

In sextam labor usq; horam, nam quæ inde notantur
Litterulis uitæ commoda habere iubent.

LVSCINIVS.

In sex procedat labor horas, septima lucis
Graios Zethi monet, uiuere post genio.

Σχόλιον.

Φησὶ, δεῖ μέχρι τῆς ἕκτης ὥρας τῆς ἡμέρας ἐργάζεσθαι. μετὰ δὲ ταύτην, ἐπ' ἄριστον ἔρχεσθαι. τοῦτο δέ φησι δηλοῦν καὶ τὸ ὡρολόγιον. τὰ γὰρ μετὰ τὴν ἕκτην σημεῖα, τουτέστι τὸ τῆς ἑβδόμης, τὸ Ζ, καὶ τὸ τῆς ὀδγόης τὸ Η, καὶ τῆς ἐννάτης τὸ Θ, καὶ τῆς δεκάτης τὸ Ι, κατὰ συλλαβὰς συναπτόμενα, ΖΗΘΙ δίδωσιν ἀναγινώσκειν, τουτέστι προτρέπεται φάγε, ἵνα ζωὴν ἔχῃς.

FINIS EORVM QVAE EX LIBRO PRIMO.

GRAMMATVM GRAE CORVM.

ΕΙΣ ΑΓΩΝΙΣΤΑΣ.

Λουκιλλίου.

Εἰκοσέτους σωθέντος Ὀδυσσέος εἰς
τὰ πατρῷα (ὁ κύων.
ἔγνω τὴν μορφὴν Ἄργος ἰδὼν
ἀλλὰ σὺ πυκτεύσας Στρατοφῶν
ἐπὶ τέσσαρας ὥρας,
οὐ κύσιν ἄγνωστος, τῇ δὲ πόλει γέγονας.
ἢν ἐθέλῃς δὲ πρόσωπον ἰδεῖν ἐς ἔσοπτρα σεαυτοῦ,
οὐκ εἰμὶ Στρατοφῶν αὐτὸς ἐρεῖς ὀμόσας.

MORVS.

Dux Ithacus, patria bis denos abfuit annos,
Quum redijt, celeri cognitus usq; cani est.
Te pugil ô Stratophon, certantem quattuor horas,
Et canis & populus dedidicere simul.
Quin etiam speculum de te si consulis ipse,
Iuratus Stratophon, te Stratophonta neges.

C. VRS. VELIVS.

Iam Laërtiadæ bis post duo lustra reuersi
Inpatriam segnis nouerat ora canis.
At tu luctatus Stratophon uix quattuor horis,
Non canibus, sed nec nosceris à populo.
Si tamen ipse tuos speculo uis cernere uultus,
Iuratus dices, non ego sum Stratophon.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Εἰ ταχὺς εἰς τὸ φαγεῖν, καὶ πρὸς δρόμον ἀμβλὺς (ὑπάρχεις
τοῖς ποσί σου τρῶγε, καὶ τρέχε τῷ στόματι.

ALCIATVS.

Vesci si celer es, sed tardus currere, buccis
Curre tuis, lentis uescere sed pedibus.

~~[illegible]~~

Si uelox cœnas, ad cursum tardior & sis,
Tu pedibus cœna, confice & ore uiam.

LVSCINIVS.

Dum pedibus piger es, cursu superabere, si non
Bucca uorax tibi iam currat, edantq; pedes.

ΕΙΣ ΑΔΥΝΑΤΟΝ.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Εἰς τί μάτην νίπτεις δέμας Ἰνδικόν; ἴσχεο τέχνης
οὐ δύνασαι δνοφερὴν νύκτα καθηλιάσαι.

ALCIATVS.

Abluis Aethiopem quid frustra? ah desine, noctis
Illustrare nigræ nemo potest tenebras.

~~[illegible]~~

Aethiopem quid stulte lauas? desistito ab arte,
In noctem nunquam lumina Solis ages.

LVSCINIVS.

Indi parce lauare cutem, si proficis arte,
Phœbeum tentem nocte referre iubar.

~~[illegible]~~

Aethiopem quid stulte lauas? Nam splendida nunquam

Nox

Nox fuerit, lumen ſole negante ſuum.

ΕΙΣ ΑΝΟΗΤΟΥΣ.

Ἀδήλου.

Ἔσβεσε τὸν λύχνον μῶρος, ψυλλῶν ὑπὸ πολλῶν
δακνόμενος, λέξας, οὐκ ἔτι με βλέπετε.

MORVS.

Quem mordent pulices extinguit morio lychnon,
Non me, inquit, cernent amplius hi pulices.

LVSCINIVS.

Infeſtos pulices dum morio pellere curat,
Extinxit lumen, nunc, ait, haud uideor.

Ἀντιόχου εἰς ἀπαίδευτον ἐπι-
δεξάμενον.

Βήσας εἰ φρένας εἶχεν, ἀπήγχετο, νῦν δ' ὑπ' ἀνοί(ας,
καὶ ζῇ, καὶ πλουτεῖ, καὶ μετὰ τὴν πάροδον.

~~[illegible]S~~ expreſſit.

Phemie ſi ſaperes, penderes, ſtultitia eſt qua
Viuis, diteſcis, conſpicuoq; loco es.

Ἀδήλου.

Ἐν πᾶσιν μεθύουσι Ἀκίνδυνος ἤθελε νήφειν.
τοὔνεκα καὶ μεθύειν αὐτὸς ἔδοξε μόνος.

~~CORNARIVS.~~

Inter potores qui ſolus ſobrius extat,
Hic credi cunctis, ebrius eſſe, queat.

~~IDEM.~~

Pocula qui moderata capit, potoribus ille
Credetur cunctos exatiaſſe mero.

Ἀδήλου.

Ἢν ἐσίδῃς κεφαλὴν μαδαρὰν, καὶ στέρνα, καὶ ὤμους,
μηδὲν ἐρωτήσῃς, μωρὸν ὁρᾷς φαλακρόν.

Si caput hoc nudum uideas, pectusq́; humerosq́;,
Ne quæras, stultum cernis enim phalacrum.

ΕΙΣ ΑΡΠΑΓΑΣ.

Αὐτομέδοντος.

Δέξαι Φοῖβε τὸ δεῖπνον, ὅ σοι φέρω, ἤν τις ἐάσῃ,
δέξομαι. εἶτα φοβῇ καὶ σύ γε Λητοΐδη;
οὐδένα τῶν ἄλλων, πλὴν Ἀῤῥιον, οὗτος ἔχει γὰρ
ἅρπαγας ἰκτίνου χεῖρα κραταιοτέρην.
ἀκνίσου βωμοῖο νεωκόρος, ἢν τελέσῃ δὲ
τὴν πομπὴν, ἄρας ᾤχεθ' ἅπαντα πάλιν.
ἦν Διὸς ἀμβροσίη πολλὴ χάρις. εἷς δ' ἂν ὑμέων
ἤμην, εἰ λιμοῦ καὶ θεὸς ᾐσθάνετο.

Hanc tibi Phœbe pater cœnam offero: suscipiam si
Non prohibet quisquã. Tu hoc quoq; diue times?
Non timeo quenquã, tantum non Arrius adsit,
Omnia miluinis corripit hic digitis.
Hic præses semper sacram insipidam facit arã,
Hostia quum adducta est, cuncta iterum ille rapit.
Est Iouis ambrosia hinc gratus cibus, unus ego essem
Si uestrum, fame iam perditus ipse forem.

ΕΙΣ

ΕΙΣ ΑΣΕΛΓΕΙΣ.

Ἄδηλον.

Ἀνέρας ἠρνήσαντο, καὶ οὐκ ἐγένοντο γυναῖκες
οὔτ' ἄνδρες γεγάασιν, ἐπεὶ πάθον ἔργα γυναικῶν·
οὐδὲ γυναῖκες ἔασιν, ἐπεὶ φύσιν ἔλλαχον ἀνδρῶν·
ἀνέρες εἰσὶ γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσι εἰσὶ γυναῖκες.

ALCIATVS.

Neutrius est sexus uir mollis, fœmina non est,
Vt qui habeat rigidûm mascula membra uirûm
Nec uir qui patitur muliebria. fare quis ergo est?
Inter scorta uir est, inq; uiris mulier.

Λουκιλλίου.

Τὸν φιλόπαιδα Κράτιππον, ἀκούσατε. θαῦμα δ' ὑμῖν
καινὸν ἀπαγγέλλω. πλὴν μεγάλης νεμέσεως.
Τὸν φιλόπαιδα Κράτιππον ἀνεύρομεν ἄλλο γένος.
τῶν ἐπεροζήλων. ἤλπιζε τοῦτ' ἂν ἐγὼ, (τι;
ἤλπιζε τοῦτο Κράτιππε; μανήσομαι, εἰ λύκος εἶναι
πᾶσι λέγων, ἐφάνης ἐξαπίνης ἔριφος.

[illegible].

Qui blādus pueris, placet hoc ne audire? Cratippus,
Res noua quam dicā, digna sed est Nemesi.
Qui blandus pueris, inuenimus ecce Cratippum
Mutantem genus, an spes fuit illa mihi?
Me'ne Cratippe putas sperasse hoc? quum lupus esse
Credaris cunctis, dispeream, hœdus eras.

Ἀδήλου.

Εἰρήνη πάντεσιν, ὁ ἐπίσκοπος εἶπεν ἐπελθών.
πῶς δύναται πᾶσιν, ἣν μόνος ἔνδον ἔχει;

ALCIATVS.

Adueniens populo pacem dat Episcopus. Ecquî
Dat populo, clausam quam tenet ipse domi?

Ἀδήλου.

Ἂν μετ' Ἀλεξάνδρειαν ἐς Ἀντιόχειαν ἀπέλθῃς,
καὶ μετὰ τὴν Συρίην Ἰταλίης ἐπιβῇς,
τὴν δυνατῶν οὐδείς σε γαμήσει. τῶν γὰρ ἀεὶ
οἰομένων, πηδᾷς εἰς πόλιν ἐκ πόλεως.

[illegible]S.

Aegyptus tibi uisa fuit, fuit Antiochia,
Inde Palestinam, post petis Italiam.
Vxorem speras opulentam, quum tibi dicant
Omnes, hic urbem transit ad inde aliam.

ΕΙΣ ΑΣΤΡΟΛΟΓΟΥΣ.

Λουκιλλίου.

Τῷ πατρί μου τὸν ἀδελφὸν οἱ ἀστρόλογοι μακρόγηρων
πάντες ἐμαντεύσανθ' ὡς ἀφ' ἑνὸς στόματος.
ἀλλ' Ἑρμοκλείδης, αὐτὸς μόνος εἶπε πρόμοιρον.
εἶπε δ' ὅτ' αὐτὸν ἔσω νεκρὸν ἐκοπτόμεθα.

MORVS.

Sæpe patri frater quod debuit esse superstes,
Hoc uelut uno omnes astrologi ore canunt.
Ast Hermoclides obiturum præ patre solus
Dixit,

Dixit, ſed dixit poſtquam obijſſe uidet.

[illegible]s.

Vitalem fore dixerunt bis terq; rogati
Aſtrologi fratrem ſollicitante patre.
Vnus at Hermoclides annos numerauerat illi
Paucos, quum rapuit mors properata uirum.

LVSCINIVS.

Ore patri uates ſimul uno forte canebant
Vita meo fratri quàm mihi maior erit.
Contra Hermoclides ait, illius eſto ſuperſtes,
Tum mihi, fraterna ut funera plango domi.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πρὸς τὸν μάντιν Ὄλυμπον Ὀνήσιμος ἦλθεν ὁ πύκτης
εἰ μέλλει γηρᾶν βουλόμενος προμαθεῖν.
κἀκεῖνος ναί φησιν, ἐὰν ἤδη καταλύσῃς.
ἂν δέ γε πυκτεύῃς, ὡροθετεῖ σε Κρόνος.

MORVS.

Neſimus ecce pugil uatem conſultat Olympum,
An uentura ſibi ſera ſenecta foret.
Fors rude donatus uiues ait ille, minatur
Certanti gelidus ſed tibi falce deus.

Λουκιλλίου. (στὴς

Πρὸς τὸν μάντιν Ὄλυμπον, Ὀνήσιμος ἦλθ' ὁ παλαι-
καὶ πένταθλος Ὕλας, καὶ σταδιεὺς Μενεκλῆς,
τίς μέλλει νικᾶν αὐτῶν τὸν ἀγῶνα θέλοντες
γνῶναι. κἀκεῖνος τοῖς ἱεροῖς ἐνιδών.

πάντες ἔφη νικᾶτε, μόνον μή τίς σε παρέλθῃ,
καὶ σὲ καταστρέψῃ, καὶ σὲ παραξοχάσῃ.

AVSONIVS.

Doctus Hylas cestu, Phegeus catus arte palæstræ,
Clarus Olympiacis ast Lycus in stadijs,
An possent omnes uenturo uincere agone,
Hammonem Libyæ consuluere deum.
Sed deus ut sapiens, dabitur uictoria uobis
Indubitata quidem, si caueatis, ait,
Ne quis Hylam cestu, ne quis certamine luctæ
Phegea, ne cursu te Lyce prætereat.

Pugil Onesimus accessit consultum ad Olympum
Pentathlosq; & Hylas, cursor & hic Menecles.
Percunctaturi certando an uincere possent,
Qui sacra consuluit, deinde ea dicta dedit.
Omnes uincetis nisi præueniaris ab ictu,
Aut quis te euertat, te'ue pedes præeat,

Παλλαδᾶ.

Εἰπὲ πόθεν σὺ μετρεῖς κόσμον, καὶ πείρατα γαίης,
ἐξ ὀλίγης γαίης σῶμα φέρων ὀλίγον;
σαυτὸν ἀρίθμησον πρότερον, καὶ γνῶθι σεαυτόν,
καὶ τότ' ἀριθμήσεις γαῖαν ἀπειρεσίην.
εἰ δ' ὀλίγον πηλὸν τοῦ σώματος οὐ καταριθμοῖς,
πῶς δύνασαι γνῶναι τῶν ἀμέτρων τὰ μέτρα;

LVSCINIVS.

Vnde age tu cœlum metiris, & ultima terræ?
Quum tenue è tenui sit tibi corpus humo.
Te metire prius moneo, & te nosse labora,
Atq; sati hinc orbis discere perge modum.
At mensura luti tenuis quum te fugiat, quî
Nosse rei innumeræ tu poteris numerum?

C. VRS. VELIVS.

Fare age qui cœlum metiris, & ultima terræ,
Quum tibi de modica sit breue corpus humo,
Te prius explores, & nosce: hinc plurima uastæ
Sunt loca telluris dinumeranda tibi.
Corporis at si non glebam metire pusilli,
Quî potes innumeræ nosse rei numerum?

[illegible]

Te modica finxit prudens tellure Prometheus,
Et uarie terram diuidis ipse tamen.
Disce tui primum mensuram corporis, & mox
Huc refer ingenium, si placet, usq; tuum.
Nam tua ni certò perspexeris omnia, rèrum
Innumeram faciem dinumerare nequis.

Ἄδηλον.

Ἀντικράτης ἤδει τὰ σφαιρικὰ μᾶλλον ἀράτου,
πολλῶν τὴν δ᾽ ἰδίην οὐκ ἐνόει γένεσιν.
Διστάζειν γὰρ ἔφη πότερ᾽ ἐν κριῷ γεγένηται,
ἢ διδύμοις, ἢ τοῖς ἰχθύσιν ἀμφοτέροις.

εὕρηται δὲ σαφῶς ἐν τοῖς τρισί. καὶ γὰρ ὀχευτής,
καὶ μωρός, μαλακός τ' ἔστι, καὶ ὀψοφάγος.

[illegible]NVS.

Anticrates, docto quamuis præstaret Arato,
Ignarus quonam ſidere natus erat:
Num Gemini fuerint, Aries, num Piſcis uterq;,
Qua primum cœpit uiuere luce puer.
Hæc tria iam nato regnabant ſidera, mollis
Nanq; fututor erat, ſtultus, edaxq́; ſimul.

Νικάρχου.

Εἰς ῥόδον εἰ πλεύσοι τίς, ὀλυμπικὸν ἦλθεν ἐρωτῶν
τὸν μάντιν, καὶ πῶς πλεύσεται ἀσφαλέως.
χὼ μάντις πρῶτον μὲν ἔφη κενὴν ἔχε τὴν ναῦν,
καὶ μὴ χειμῶνος, τοῦ δὲ θέρους ἀνάγου.
τοῦτο γὰρ ἂν ποιῇς, ἥξεις κἀκεῖσε, καὶ ὧδε,
ἂν μὴ πειρατὴς ἐν πελάγει σε λάβῃ.

LVSCINIVS.

A uate explorat quidam, ſibi num liceat nunc
Ire Rhodum, tutæ ſi uideantur aquæ?
At uates primum, uacuam conſcendito nauim
Inquit, & irato credito ne pelago.
Hæc mea iuſſa ſequens, ibis tuto atq; redibis,
Immittat ſæuas ni tibi prædo manus.

Ἄδηλον.

Καλλιγένης ἀγροῖκος, ὅτε σπόρον ἔμβαλε γαίῃ,
οἶκον ἀριστοφάνους ἦλθεν ἐς ἀστρολόγου.

ἤτεε

ἤτεε δ' ἐξερεείνων, εἰ θέρος αἴσιον αὐτῷ.
  ἔσσαι, καὶ σταχύων ἄφθονος εὐπορίη.
ὃς δὲ λαβὼν ψηφῖδας, ὑπὲρ πίνακός τε πυκάζων,
  δάκτυλά τε γνάμπτων, φθέγξατο Καλλιγένει.
εἴπερ ἐπομβρηθῇ τὸ ἀρούριον ὅσσον ἀπόχρη,
  μηδέ τιν' ὑλαίην τέξεται ἀνθοσύνην.
μηδὲ πάγος ῥήξῃ τὴν αὔλακα, μηδὲ χάλαζα
  ἄκρον ἀποδρυφθῇ, δράγματος ὀρνυμένου,
μηδὲ νεβροὶ κείρωσι τὰ λήια, μηδέ τιν' ἄλλην
  ἠέρος, ἢ γαίης ὄψεται ἀμπλακίην,
ἐσθλόν σοι τὸ θέρος μαντεύομαι, εὖ δ' ἀποκόψεις,
  τοὺς στάχυας, μούνας δείδιθι τὰς ἀκρίδας.

LVSCINIVS.

Calligenes ruris cultor, dum ſemina terræ
  Mandaſſet, uatem quærit Ariſtophanem,
Et rogat an cœlum prouentu diuite meſſem
  Spondeat, ac frugum fœnora magna paret?
Protinus aſtrologus numeros notat, inq; tabellas
  Digerit, hinc palmam flectit ad ora uiri.
Heus ait, irriguus ſi non plus aut minus æquo
  Imbuat imber agros, exulet hinc lolium,
Non ex præcipiti torrens ruat, abdere ſulcos,
  Spicaq; nec ſurgens grandine læſa cadat,
Cerui non lacerent ſegetes, aliud neq; terræ
  Aëris aut uitium, ſi latet, emineat,
Præſagio meſſem liceat prædicere certo

Vberem, at officiat parua locusta, caue.

ΕΙΣ ΒΡΑΧΕΙΣ.

Ἰουλιανοῦ.

Ἀσφαλέως οἴκησον ἐν ἄστεϊ, μή σε κολάψῃ
αἵματι πυγμαίων ἡδομένη γέρανος.

MORVS.

Grus ne rapiat pygmæo sanguine gaudens,
Si sapias, media tutus in urbe mane.

LVSCINIVS.

Ne te conficiat pygmæo sanguine gaudens
Grus, habitans urbes tutior esse potes.

C. VRS. VELIVS.

Tutus in urbe mane, ne te grus bellica rostro,
Pygmæo gaudens sanguine, confodiat.

[illegible]S.

Ne grus pygmæi uictor te saguine fœdet,
Sit tibi in urbe domus, qua bene tutus ages.

ALCIATVS.

Vrbem tuto habita, ne ruri forte repertum
Te Nanum possint dilacerate grues.

ΕΙΣ ΓΡΑΙΑΣ.

Λουκιλλίου.

Τὰς τρίχας ὦ νίκυλλα, τινὲς βάπτειν σε λέγουσιν
ἃς σὺ μελαινοτάτας ἐξ ἀγορᾶς ἐπρίω.

MORVS.

Tinguis capillos fœmina. at quî scis rogas?

Nigri fuere quum referres è foro.

~~CORNARIVS.~~

Inficis O Nicylla comam, quî noris id? inquis,
Vidi quum tu emeres, nigra erat illa foro.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

τὰς τρίχας βάψασα Θεμιστονόη τρικόρωνος,
γίγνεται ἐξαπίνης, οὐ νέα, ἀλλὰ ῥέα.

SOTER.

Canos tinxisset postquam ipsa Themistonoë, mox
Non iuuenis facta est, facta sed ipsa Rhea est.

Λεωνίδου.

γρηῢν ἔγημε Φίλιννος ὅτ' ἦν νέος. ἡνίκα πρέσβυς
δωδεκέτιν. παιδίη δ' ὥριος οὐδ' ἔτεκε.
καὶ γὰρ ἄπαις διέμεινε τότε σπείρων ἐς ἄκαρπα.
νῦν δ' ἑτέροις γήμας, ἀμφοτέρων στέρεται.

ALCIATVS.

Nupsit anus iuueni, uetulo tibi iuncta puella est:
O nimium ex omni tempore inepta Venus.
Aut alijs ducis, sterili uel conseris agro,
Coniuge nec frueris, nec frueris sobole.

C. VRS. VELIVS.

Duxit anum iuuenis, bis sex modo nata Philinus
Annos iuncta seni est, commoda neutra Venus.
Orbus enim, sterilem tunc semina iecit in agrum,
Nunc alijs ducta coniuge, utrisque caret.

LVSCINIVS.

Duxit anum iuuenis quandam, uetulusq; puellam
Iam, Veneris dona haud apta Philinus habet
Nam sterili nunc seuit agro, nũc languet opus, quod
Destinet hinc alijs, uanus ubique labor.

Λουκιλλίου.

Λούεσθαί σε λέγουσι πολὺν χρόνον ἡλιοδώρα,
γραῖαν ἐτῶν ἑκατὸν μὴ καταλυομένην.
πλὴν ἔγνωκα τίνος ποιεῖς χάριν. ὡς ὁ παλαιὸς
ἐλπίζεις πελίας ἑψομένη νεάσαι.

ALCIATVS.

Tempore te dicunt multo Heliodora lauari
Centum natam annos & neq; adhuc uietam.
Cur facis id noui, num quod iuuenescere credis
Elixata? senex fecerat ut Pelias.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τὴν κεφαλὴν βάπτεις, τὸ δὲ γῆρας οὔποτε βάψεις,
οὐδὲ παρειάων ῥυτίδας ἐκτανύσεις.
μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμυθίῳ κατάπλαττε
ὥστε προσωπεῖον, κοὐχὶ πρόσωπον ἔχειν.
οὐδὲν γὰρ πλέον ἐστί. τί μαίνεαι; οὔποτε φῦκος,
καὶ ψίμυθος, τεύξει τὴν ἑκάβην ἑλένην.

MORVS.

Sæpe caput tinguis, nunquam tinctura senectam,
Aut tonsura genis quæ tibi ruga tuis.
Desine iam faciem stibio perfundere totam,

Ne

Ne persona tibi hæc sit modo, non facies.
Quum nihil assequeris fuco stibioq́;, quid amens
Vis tibi? nunq̃ Hecuben hæc facient, Helenen.

C. VRS. VELIVS.

Inficis ora, dies nunquam tinctura seniles,
Nunquam rugosas explicitura genas.
Desine iam stibio faciem depingere totam,
Ne laruam, haud faciem quis putet esse tuam.
Nil reliquum, quæ est hæc dementia: nam neq; fucus,
Nec cerussa Helenen fecerit ex Hecuba.

Ora licet tingas, nunquam tinxisse senectam,
Nec poteris rugas tollere corporeas.
Frustra igitur faciem stibio inficis, esse putabit
Laruam, non ueram plurimus effigiem.
Nil superest, demens quid tentas reddere fuco,
Et cerussa? Hecubam non facies Helenam.

Tu licet unguento caput illinis, haud tamen unquam
Corpore pelletur cana senecta tuo.
Ne uultum mentire nouo medicamine, néue
Pro facie laruam suscipe uilis anus.
Proficis hac adeò nil fraude, colorq́; paratus
Non Helenen, Hecube quæ fuit ante, facit.

Νικίϛ. (αὐτὰς

Τὴν κεφαλὴν βάπτων τὶς ἀπώλεσε τὰς τρίχας

καὶ δασὺς ὢν λίαν, ὠὸν ἅπας γέγονεν.
τοῦτο βαφεὺς ἐβόησε, σὲ μηκέτι κουρέα τέμνειν,
μήτε κόμην λευκὴν, μήτε μελαινομένην.

Dum tingit perdit canos, & glabrior ouo est
Redditus ipse senex, qui hispidus ante fuit.
Tinctor ait, tonsor tibi deinde nouacula cesset,
Hic nec cana tibi, nec tibi nigra coma est.

LVSCINIVS.

Forte senex canos dum uertice tingeret, ouo
Fit similis, densus qui fuit ante pilis.
Exclamat tinctor, procul hinc rogo tonsor abesto
Hic tibi non nigra est, canáue cæsaries.

ΕΙΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥΣ.

Λουκιλλίου.

Ἂν τὸν γραμματικοῦ μνησθῶ μόνον Ἡλιοδώρου,
εὐθὺ σολοικίζειν τὸ στόμα μου δέδεται.

MORVS.

Quum mihi grammaticus mentem subit Heliodorus,
Nostra solœcismos illico lingua timet.

Αδηλον.

Οὐδεὶς γραμματικῶν δύναται πέπον ἄρτιος εἶναι,
ὀργὴν, καὶ μῆνιν, καὶ χόλον εὐθὺς ἔχων.

Grammaticus tandem quis sanus & integer extet?
Pertractans iram, & cum furijs choleram.

AVSONIVS.

Felix grammaticus non est, sed nec fuit unquam:
Nec quisquam est felix nomine grammaticus.
Sed si quis felix præter fatum extitit unquam,
Is demum exceßit grammaticos canonas.

Λουκιλλίου.

Ἔξω παιδεύεις Πάριδος κακὰ, καὶ Μενελάου,
ἔνδον ἔχων πολλοὺς τῆς Ἑλένης Πάριδας.

Rufe docet Paridis facta extra, dein Menelai,
Ipse domi propriam Marcus habens Helenam.

ALCIATVS.

Extra Helenam, Iliaciq; doces raptum Ganymedis,
Plurimus est intra Iuppiter atq; Paris.

Παλλαδᾶ.

Οὐ δύναμαι γαμετῆς, καὶ γραμματικῆς ἀνέχεσθαι
γραμματικῆς ἀπόρου, καὶ γαμετῆς μαχίμου.
ἀμφοτέρων τὰ πάθη, θάνατος, καὶ μοῖρα τέτυκται,
τὴν οὖν γραμματικὴν, καὶ μόλις ἐξέφυγον.
οὐ δύναμαι δ᾽ ἀλόχου τῆς ἀνδρομάχης ἀναχωρεῖν
εἴργει χάρτης γάρ, καὶ νόμος αὐσόνιος.

Non queo grammatices tolerare & coniugis iram,
Incumbit mihi res utraq; difficilis.
Ex quibus expecto mortes, & tristia fata,
Ergo à grammatica uix fugitiuus eram.

Litigat ipsa uiro, nunquã Andromache inde carebo?
Charta uetat, uires legis & Ausoniæ.

ΕΙΣ ΓΥΝΑΙΚΑΣ.

Παλλαδᾶ.

πᾶσα γυνὴ χόλος ἐστίν· ἔχει δ' ἀγαθὰς δύο ὥρας,
τὴν μίαν ἐν θαλάμῳ, τὴν μίαν ἐν θανάτῳ.

LVSCINIVS.

Omnis quum mala sit mulier, geminas tamen horas
Illa bonas præstat, mortis & in thalamo.

ALCIATVS.

Est mulier mera bilis, habet duo commoda solum,
Quum iacet in thalamo, quum iacet in tumulo,

ΕΙΣ ΔΥΣΕΙΔΕΙΣ.

Λουκιλλίου.

Ῥύγχος ἔχων τοιοῦτον Ὀλυμπικέ, μήτ' ἐπὶ κρήνην
ἔλθῃς, μήτ' ἐν ὄρει πρός τι διαυγὲς ὕδωρ.
καὶ σὺ γὰρ ὡς Νάρκισσος ἰδὼν τὸ πρόσωπον ἐναρ-
τεθνήξῃ, μισῶν σαυτὸν ἕως θανάτου. (γὲς,

C. VRS. VELIVS.

Rostro adeò quum sis turpi, nec Olympice fontes,
Nec pete perspicuas ad loca montis aquas.
Nam facie inspecta, ueluti Narcissus, obibis
Lethifero teipsum præcipitans odio.

LVSCINIVS.

Quum fœdet uultum deformis Olympice nasus,
Perspicuos fontes, & fuge montis aquas.
Mortem nanq; odio, ueluti Narcissus, obibis

Ipse

Ipse tui, turpem si uideas faciem.

ALCIATVS.

Grype caue ad speculum, liquidúq; accedere fontem,
Ne tua conspiciens turpia membra, cadas.
Nam ueluti proprio perijt Narcissus amore,
Fortaßis proprio tu moriere odio.

Ἀδηλον.

Ἡ ῥὶς κάστορός ἐστιν ὅταν σκάπτῃ τι, δίκελλα.
σάλπιγξ δ' ἂν ῥέγχῃ. τῇ δὲ τρύγῃ, δρέπανον.
ἐν πλοίοις, ἄγκυρα. κατασπείρουσι δ' ἄροτρον.
ἄγκιστρον ναύταις, ὀψοφάγοις κρεάγρα.
ναυπηγοῖς, κένδυλα. γεωργοῖς δὲ, πρασόκουρον.
τέκτοσιν, ἀξίνη. τοῖς δὲ πυλῶσι, κόραξ.
οὕτως εὐχρήστου σκεύους κάστωρ τετύχηκε,
ῥῖνα φέρων πάσης ἄρμενον ἐργασίας.

LVSCINIVS.

Castoris est nasus ligo quum fodit, hinc ubi stertit,
Arguta est tuba, uindemiat inde mucro.
Nauibus ancora erit nasus mihi, uomer & aruis.
Piscibus est hamus, fuscina carniuoris.
Hinc scalprum lintres cauat, hinc uiti utile ferrum.
Ascia tum fabris, cardóq; erit foribus.
Breuiter est nactus Castor simul omnia naso
Commoda, nam confert usibus innumeris.

C. VRS. VELIVS.

Quum fodit, esse solet nasus ligo castoris illi,

Buccina quum ſtertit, falx ubi uina legit.
Ancora nauigijs accommoda, uomis aranti,
Hamus at eſt nautis, fuſcina carniuoris.
Ligna cauaturis ſcalprum, culterq́; putanti,
Aſcea ſed fabris, uncinus eſt foribus.
Caſtoris hinc adeò res eſt accõmoda naſus,
Quem cunctis habet hic uſibus appoſitum.

ALCIATVS. Imitatio.

Anchora nauigijs, ualido ſed aratra ſerenti,
Multiuorisq́; datur magna creagra cocis.
Aſcia naupegis, & falx meſſoria nudo
Frondatori, anceps mucro fabrosq́; decet.
Cuncta ſed hæc Grypus potis eſt præſtare, quod illi
Inſtrumentum omnis naſus adeſt operæ.

Θεοδώρου.

Ἑρμοκράτης τοῦ ῥινός, ἐπεὶ τὴν ῥῖνα λέγοντες
Ἑρμοκράτους, μικροῖς μακρὰ χαριζόμεθα.

C. VRS. VELIVS.

Hermocrates naſi, paruis aptamus iniqui
Grandia, ſi naſum dicimus Hermocratis.

ALCIATVS. Imitatio.

Grypi (ſi neſcis) naſi, nam dicere naſum
Si uellem, magnis nomina parua darem.
Sunt curui, & falci ſimiles, uiliq́; camino
Aut grandi roſtro, quale Elephantus habet.
Vtitur his Grypus, tanquam ſi ſacculus eſſent,

Aptáue

Aptáue portandis mantica sarcinulis.
Nanq; in eis prorsus gestat hæc omnia, fungos,
Ozænas, ficos, ulcera, polypodas.

Λεωνίδου.

Ἰχθῦς ὁ γρυπὸς Σωσίπολις οὐκ ἀγοράζει,
πλοῦτον δ' ἔχει πολὺν ἐξ ἁλὸς εὐπορίην.
οὐ λίνον, οὐ κάλαμον προσάγων, τῇ ῥινὶ δὲ προσ-
άγκιστρον, σύρει πάντα τὰ νηχόμενα. (θεὶς

Cur nunquam Grypus pisces emit, ampla domus cui
Est? dote hic magna perfruitur pelagi.
Non lina, non calamos adducit, retia saltem
Alligat ad nasum, hoc adtrahit omne natans.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ζωπυρὸς οἶκος κατεκαίετο· πολλὰ δ' ἐμόχθει
ἐκ θυρίδος ζητῶν αὐτὸν ὑποχαλάσαι.
ἐσχάτια συμπήξας, οὐκ ἔφθανεν. ὀψὲ δ' ἐπιγνοὺς,
τὴν ῥῖν' Ἀντιμάχου κλίμακα θεὶς, ἔφυγεν.

ALCIATVS. Imitatio.

Vicini ardebant ædes, & ianua flammis
Obsita, nec misero spes erat ulla fugæ.
Ergo implorat opem, & Grypo accurrente, fenestra
Desilit, illius se dedit inq; caput.
Perq; gradus nasi, ceu scalis uenit ad imum,
Et uitæ est ardens redditus Vcalegon.

Ἀμμονίδου.

Ἀντιπάτραν γυμνὴν εἴ τις πάρθοισιν ἔδειξεν,
ἔκτοθεν ἂν στηλῶν ἡρακλέους ἔφυγον.

MORVS.

Fugerit ad Parthos, uel ad Herculis usq; columnas
Visa semel, positis uestibus, Antipatra.

~~CORNELIVS.~~

Si quis apud Parthos nudā Antipatrā mihi monstrat,
Herculeas is me uiderit ad statuas.

Λουκιλλίου.

Τοῦ δ' ἐς ἔσοπτρον ἔχει Δημοσθενίς. εἰ γὰρ ἀληθὲς
ἔβλεπεν, οὐκ ἂν ὅλως ἤθελεν αὐτὸ βλέπειν.

MORVS.

Te speculum fallit, speculum nam Gellia uerum
Si semel inspiceres, nunquam iterum inspiceres.

~~CORNELIVS.~~

Mendaci speculo Demosthenis utitur, at si
Inspiceret uerum, nunquam iterum inspiceret.

Ἄδηλον.

Κερκίδος οὐ χρήζεις ὁ λογιστικός, οὐδὲ μέλει σοί
καὶ γὰρ ἀβασκάντως ῥῖνα τρίπηχυν ἔχεις.

~~CORNELIVS.~~

Non opus est radio textoris, pro hoc tibi nasus,
Nam citra inuidiam, tricubitalis adest.

Ἀμμιανοῦ.

Οὐ δύναται τῇ χειρὶ Πρόκλος τὴν ῥῖν' ἀπομύσσειν,
τῆς ῥινὸς γὰρ ἔχει τὴν χέρα μικροτέραν.

οὐδὲ

οὐδὲ λέγει Ζεῦ σῶσομ ἐὰμ πλαρῇ. οὐ γὰρ ἀκούει,
τῆς ῥινός. πολὺ γὰρ τῆς ἀκοῆς ἀπέχει.

MORVS.

Nunquam Procle manu nares emungere poßis,
Nam tua nare manus, magna licet, minor est.
Quãdo Iouem inclamas sternutans, quippe nec audis,
Tam procul ab nasus prominet aure tuus.

ALCIATVS.

Non potis est Grypus digitis emungere nasum,
Nam naso minor est, est breuiorq; manus.
Sternutansq; Iouem nequicquam implorat, ab aure
Nasus abest tantum, ut sentiat inde nihil.

[illegible]

Posse Proclum manibus credas emungere nasum?
Naso nanq; manus huic mage sunt graciles.
Iupiter exaudi, sternutãs nunquam ait, extat
Pendulus huic nasus nam auribus inde procul.

παλλαδᾶ.

Ὁ τὴν γυναῖκα τὴν ἄμορφον δυστυχῶν,
λύχνους ἀνάψας ἑσπέρας, σκότος βλέπει.

MORVS.

Qui miser uxorem deformem duxit, habebit
Vespere iam accenso lumine adhuc tenebras.

[illegible]

Deformem uxorem cupias ne ducere, nam & iam
Accensis facibus uespere, erunt tenebræ.

τοῦ αὐτοῦ.

Ηγόρασας πλοκάμους, φῦκος, μέλι, κηρὸν, ὀδόντας
τ' αὐτ' δαπάνης ὄψιν ἂν ἠγόρασας

MORVS.

Cur emitur fucus, coma, dens, mel, ceráq;, posset
Quum persona tibi tota minoris emi?

LVSCINIVS.

Mel, fucum, ceram, dentes emis atq; capillos,
Cur ita? Num potuit larua minoris emi?

Ιουλιανοῦ.

Οψιν ἔχεις στρουθῷ πανομοίϊον. ἦ ῥά σε Κίρκη
ἐς πτηνὴν μετέθηκε φύσιν, κυκεῶνα πιόντα.

MORVS.

Finxit te strutho similem, tibi blandula Circe
Naturam immutans, quum Cyceona daret

Τραϊανοῦ βασιλέως.

Αντίον ἠελίου ῥῖνας θεὶς, καὶ στόμα χάσκων,
δείξεις τὰς ὥρας πᾶσι παρερχομένοις.

MORVS.

Si tuus ad solem statuatur nasus, hiante
Ore, bene ostendas dentibus hora quota est.

LVSCINIVS.

Oris hient rictus, Soliq; opponito nasum,
Ostendes horam dentibus ipse tuis.

ALCIATVS.

Haud solariolum tibi Grype parare necesse est,
Illud enim tecum semper habere potes.

Aduersus Solem si exertis dentibus adstes,
Nasus uti gnomon arguet, hora quota est.

Ἄδηλον.

Ὁ γρυπὸς Νίκων ὀσφραίνεται οἴνου ἄριστα,
οὐ δύναται δ' εἰπεῖν οἷος ἂν ᾖ ταχέως.
ἐν τρισὶν ὥραις δὲ θεριναῖς, μόλις αἰσθάνετ' αὐτός.

ALCIATVS.

Grypus olfacit merum nasutus optime,
Indicare sed citò quid sentiat nequit,
Nare non potest ab ima ad Isthmon ocyus
Quatuor quàm horis odos penetrare Bacchicus.

Ἄδηλον.

Τοῦ γρυποῦ ῥήτορος ὁρῶ τὴν ῥῖνα Μένιππε.
αὐτὸς δ' οὐ μακρὰν φαίνεται εἶναι ἔτι.
πλὴν ἥξει. μείνωμεν ὅμως, εἰ γὰρ πολὺ, πέντε
τῆς ῥινὸς σταδίους οἴομαι οὐκ ἀπέχει.
ἀλλ' αὐτὴ μὲν ὁρᾷς προπορεύεται. ἢν δ' ἐπὶ βουνὸν
ὑψηλὸν στῶμεν, κ'αὐτὸν ἐσοψόμεθα.

ALCIATVS.

Iamdudum expecto ueniat dum Grypus, opinor
Mox aderit, nasus præuius ecce uenit.
Distat adhuc stadijs septem tamen ipse uel octo.
Et facit hanc nasi magna crepido moram.

[illegible]S.

Rhetoris hic Grypi uideo nasum, ecce Menippe,
Vtq; puto, ipse etiam non procul esse potest.

En uenit ipse, quid expectamus? Nam scio nasum
Non stadijs retro quinque moratur iners.
Præuius ille uenit, quid si collem hunc petimus nos
Altum, etiam Grypum, credo, uidere licet?

Ἀδέσποτον

Οὐδ᾽ ἔπειτ᾽ εἰς πορθμεῖον ὁ κηλήτης ἐμβαίνει,
μέλλων εἰς τὸ πέραν ἀπιέναι Διοφῶν.
τῆς κήλης δ᾽ ἐπάνωθι τὰ φορτία πάντα τεθεικώς,
καὶ τὸν ὄνον, διαπλεῖ σινδόν᾽ ἐπαράμενος·
ὥστε μάτην Τρίτωνες ἐν ὕδασι δόξαν ἔχουσιν,
εἰ καὶ κηλήτης ταὐτὸ ποιεῖν δύναται.

Hernia quàm res sit nunc cõmoda discito, cymbæ
Est uice quum Rhenum permeat hinc Diophon.
Imponit res ipse suas, imponit asellum
Remigem, & hinc pleno flamine uela facit.
Gloria quæ faciles Tritones deinde manebit,
Si pariter uobis hernia regnat aquis.

ALCIATVS. Imitatio.

Flumina tentabat transire tumentia Grypus
Eridani, inq; alia figere parte pedem.
Ast illi nec clauus erat, nec palmula, nec quæ
Posset cæruleas scindere linter aquas.
Quum rubra prudens uidulum dissoluit aluta,
Nudauit magnos improbus & coleos,
Tum manibus scrotum extendens, sese intulit undæ,

Nam

Nam (res mira) ſuper hernia ſtabat aquas.
Sic quum crura darent remum, carcheſia naſus,
In ripam hac Tiphys tranſijt arte nouus.
Omnis nunc abeat Triton inglorius, ecce
Ipſi uix quod agunt, ſcrotea theca facit.

ALCIATVS. Imitatio ferè omnium huius tituli epigrammatum.

Quis ſtatuam erexit? Dinoglyphus. eia age nomen
Ipſe tuum? dicor Grypus. id unde uenit?
Incuruo quod ſim naſo, hoc me nomine, mordax.
Zoilus, & Critici, doctaq; turba uocat.
Cur facies nigra eſt fuligine? nana loquebar
Pro roſtris, uoci rhetoris obſtrepitans.
Quum me chalcotypi craſſo manus unguine tinxit,
Amplius haud potuit tergier ille color.
Lumina tetra Merops tibi dic cur uellicet? odi
Patrem, aſt ipſa patri eſt officioſa ſuo.
Cur corpus maculis pallens diſtinguitur atris?
An'ne cutem uſſerunt ferrea cæla tuam?
Ignea cæla nihil, ſcabies ſed Gallica, ſcorti
Contactu hic dudum me male morbus habet.
Fallor an in facie tibi pyramis eminet? eia
Dic ſibi quid uultus pyramis illa uelit?
Falleris, in facie mihi nulla eſt pyramis, ingens
Sed naſus pilæ more ſedet Phariæ.
Dic agedum tanti quæ nam ſint cõmoda naſi,

Hiſpida quem ſepes intus adacta premit?
Si placuit fodiſſe, bidens, ſi cædere falx eſt.
Si ſterto, dices protinus eſſe tubam.
Radere ſi uillos mens eſt, tot colligo ſetas,
Poſſit ut undones texere mille, Cylix.
Si libuit piſcari, inſtar mihi harundinis, ære
Squammigenûm flexo guttura fixa trahit.
Delphicus hic igitur gladius? puto. Sed tamẽ & uas
Pandoræ, clauſum quum bene tegmen erat.

Αδηλομ.

Ὤμοσα μυριάκις ἐπιγράμματα μηκέτι ποιεῖμ.
πολλῶμ γὰρ μωρῶμ ἔχθραμ ἐπεσπασάμην.
ἀλλ᾽ ὁπόταμ καὶ ἴδω τοῦ παφλαγόνος τὸ πρόσωπον
πανθαγάθου, στέξαι τὴν νόσομ οὐ δύναμαι.

Iuraui ô quoties epigrammata ſcribere nolle,
Vt ſim ſtultorum liber ab inuidia.
Paphlagonis ſed ubi laruam conſpexero, morbus
Iam redit, & nuſquam carmina tecta latent.

ΕΙΣ ΔΥΣΩΔΕΙΣ.

Λουκιανοῦ.

Οὔτε χίμαιρα τοσοῦτομ ἔπνει κακὸμ ἢ καθ᾽ ὅμηρον,
οὐκ ἀγέλη ταύρωμ ὡς ὁ λόγος πυρίπνους,
οὐ λῆμνος σύμπασ᾽, οὐχ ἁρπυιῶμ τὰ περισσὰ,
οὐδ᾽ ὁ Φιλοκτήτου πούς ἀποσηπόμενος,
ὥστε σε παμψηφεὶ νικᾶμ Τελέσιλλα χιμαίρας,

σηπ-

σκηπεδόνας, ταύρους, ὄρνεα, λημνιάδας.

IO. BAP. PIVS.

Mæonides non tale malum ſpiraſſe Chimæram
Trigeminam, aut tauros credidit igniuomos.
Non omnem Lemnon, uolucrũ excrementa ſororum.
Aut Philoctetæ uulnera dira pedis.
Quare iudicio populi Teleſilla Chimæram
Vince, boues, ſanies, Lemniadas, uolucres.

HERM. A NOVA AQVILA CO.

Tale Chimæra malũ non ſpirat, ut autor Homerus,
Non, ut fama, boum grex ferus igniuomûm.
Tota etiam Lemnos, nec fœdis uentribus Harpæ,
Pes'ue Philoctetæ marcidus ille ſenis.
Quot numeris igitur uincis Teleſilla Chimæras
Putores, tauros, Lemniadas, uolucres.

ΕΙΣ ΔΟΛΙΟΥΣ.

Λουκιλλίου.

Εἴ με φιλεῖς, ἔργῳ με φίλει, καὶ μή μ' ἀδίκει σύ,
ἀρχὴν τοῦ βλάπτειν τὴν φιλίην θέμενος.
πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισιν ἐγὼ πολὺ κρέσσονα φημὶ
τὴν φανερὰν ἔχθραν τῆς δολερῆς φιλίης.
φασὶ δὲ καὶ νήεσσιν ἁλιπλανέεσσι χερείους
τὰς ὑφάλους πέτρας τῶν φανερῶν σπιλάδων.

[illegible]S.

Officio mecum certes, ac deſine fraudes
Nectere, ſi uere ſum tibi amicus ego.

Pernicioſius

Perniciosus enim, quisquis simulabit amorem,
Et minus ille nocet, qui nocet usq; palàm.
Quiq; latent pelago scopuli plus nauibus obsunt,
Quàm quos extanteis nauitæ cernit aquis.

LVSCINIVS.

Blandus amor ualeat, uerum uolo, lædere qui non
Prætextu sanctæ tentet amicitiæ.
Officit immenso minus omnibus hostis apertus,
Quàm fallax pectus si quod amicus habet.
Aiunt ueliuolis hinc nautis plus nocuisse
Mersos, aëreos quàm, pelagi scopulos.

Απλιναρίου.

Αν μὲν ἀπόντα λέγῃς με κακῶς, οὐδὲν ἀδικεῖς με
ἂν δὲ παρόντα καλῶς, ἴσθι κακῶς με λέγων.

ALCIATVS.

Si clàm probra feras, benedicis: si bene coràm
Dicis, tunc de me tristia uerba refers.

[illegible]S.

Si male me tractas absentem, iniuria nulla est,
Si bene præsentem, sed male cuncta facis.

ΕΙΣ ΔΟΥΛΟΥΣ.

Αδήλον.

Βουλεύεις Αγαθῖνε, ὃ βῦτα δὲ τοῦτ' ἐπρίω νῦν
εἰπὲ πόσης ὠνῆς. δέλτα γὰρ ἦν πρότερον.

C. VRS. VELIVS.

Βουλεύεις Agathine, sed emptum hoc obsecro quanti
Βῦτα tibi est cedò, quod modo δέλτα fuit.

Αδήλον.

Ἀδήλου.

Τοῦτο σὺ βουλεύτην εἶχες πάλαι· ἀλλὰ σὺ βῆτα
οὐκ ἐπιγιγνώσκω, δέλτα γὰρ ἐγράφετο.

Hoc tibi iam uetus est βουλεύτην, βῆτα *sed unde est,*
Ignoro, aut fallor anteà δέλτα *fuit.*

ΕΙΣ ΖΩΓΡΑΦΟΥΣ.

Λεωνίδου.

Εἰκόνα Μηνοδότου γράψας Διόδωρος ἔθηκε
πλὴν τοῦ Μηνοδότου πᾶσιν ὁμοιοτάτην.

MORVS.

Hæc tua, quam nuper pinxit Diodorus, imago,
Cuiuſuis magis eſt, quàm tua Menodote.

IDEM.

Sic te totum iſthac expreſſit imagine pictor,
Vt nulli tam ſit, quàm tibi diſſimilis.

Menodoti effigiem pinxit Diodorus, ut extet
Præter Menodoti cuiq; magis ſimilis.

Menodoti effigiem pinxit Diodorus, eratq;
Viuo Menodoto nil mage dißimile.

Τοῦ αὐτοῦ.

Γράψας Δευκαλίωνα Μενέστρατε, καὶ Φαέθοντα,
ζητεῖς τίς τούτων ἄξιός ἐστι τίνος.
τοῖς ἰδίοις αὐτοὺς τιμήσομεν· ἄξιος ὄντως
ἐστὶ πυρὸς Φαέθων, Δευκαλίων δ' ὕδατος.

COR.

LVSCINIVS.

Quæris Deucalion Phaëthontꝗ; Menestrate picti,
Quem capiat meritum dignus uterq; locum.
Cuique suus debetur honos, hunc urere flammis,
Illum submergi protinus amne decet.

C. VRS. VELIVS.

Deucalione tibi & Phaëthonte Menestrate pictis,
Iam pretio quo sit dignus uterq; rogas.
Ambo sorte sua digni, mittiꝗ; meretur
In flammas Phaëthon, Deucalion sub aquam.

[illegible]S.

Pinxisti Phaëthonta Menestrate, Deucalionem &,
Ac simul amborum præmia digna rogas.
Maxime uterq; suis est dignus honoribus, igne
Nimirum Phaëthon, Deucalion & aqua.

Λουκιλλίου.

Εἴκοσι γεννήσας ὁ ζωγράφος Εὔτυχος υἱούς,
οὐδ᾽ ἐπὶ τῶν τέκνων οὐδὲν ὅμοιον ἔχει.

[illegible]S.

Proles uiginti dedit Eutychus, & tamen ipsum
Non est, qui referat filius ore patrem.

Τοῦ αὐτοῦ. (σαι δὲ

ζωγράφε, τὰς μορφὰς κλέπτεις μόνον, οὐ δύνα
φωνὴν συλῆσαι, χρώματι πειθομένην.

IDEM.

Corpora nuda potes rerum depingere. Vocem

Addere

Addere corporibus non potes arte simul.

[illegible]S.

Ipse quidem formas pictor furaris, at ipsam
Vocem prædatus ponere quando paras?

ΕΙΣ ΘΥΓΑΤΕΡΑ.

Λουκιλλίου.

Οὐκ ἔστι θυγατρὸς μεῖζον βάρος. εἰ δὲ δοκεῖ σοι
εὐκτήμων, εἶναι κοῦφον, ἄκουσον ἐμοῦ.
ἔστιν σοι κήλη, κἀμοὶ θυγάτηρ, λάβε ταύτην,
καὶ δός μοι κήλας ἀντὶ μιᾶς ἑκατόν.

[illegible]VS.

Non grauius onus est quàm filia nubilis, illud
Non credis, tibi sed dulce uidetur onus.
Hernia quum tibi sit, mihi filia, conuenit ergo
Hernias des centum, filiam ut accipias.

ΕΙΣ ΙΑΤΡΟΥΣ.

Λουκιλλίου.

Τοῦ λιθίνου Διὸς ἐχθὲς ὁ κλινικὸς ἥψατο Μάρκος,
καὶ λίθος ὤν, καὶ Ζεύς, σήμερον ἐκφέρεται.

AVSONIVS.

Alcon hesterno signum Iouis attigit: ille
Quamuis marmoreus, uim patitur medici.
Ecce hodie iussus transferri ex æde uetusta,
Effertur, quamuis sit deus atq; lapis.

τοῦ αὐτοῦ.

Ερμογένη τὸν ἰατρὸν ὁ ἀστρολόγος Διόφαντος
εἶπε μόνους ζωῆς ἐννέα μῆνας ἔχειν.
κἀκεῖνος γελάσας, τί μὲν ὁ Κρόνος ἐννέα μηνῶν
φησὶ λέγει, σὺ νόει, τἀμὰ δὲ σύντομά σοι.
εἶπε. καὶ ἐκτείνας, μόνον ἥψατο. καὶ Διόφαντος
ἄλλον ἀπελπίζων, αὐτὸς ἀπεσκάρισεν.

AVSONIVS.

Languenti Marco dixit Diodorus haruspex
Ad uitam non plus sex superesse dies.
Sed medicus diuis fatisq; potentior Alcon
Falsum conuicit illico haruspicium,
Tractauitq; manum, uicturi, ni tetigisset:
Illico nam Marco sex periere dies.

[illegible]IVS.

Hermogeni medico astrologus dixit Diophantus,
Ad uitam menses uix superesse nouem.
At medicus ridens noni fatalia mensis
Tempora, ait nostra hæc certa pericla tibi.
Dixit, & occidit tactu solo. ô Diophante,
Desperans de alio protinus ipse peris.

τοῦ αὐτοῦ.

Ην ζῶν ἔχεις ἐχθρὸν Διονύσιε, μὴ καταράσῃ
τὴν ἶσιν τούτῳ, μηδὲ τὸν ἀμφικράτη,
μὴ δ' εἴ τις τυφλοὺς ποιεῖ, θεόν, ἀλλὰ Σίμωνα.
καὶ γνώσῃ τί θεός, καὶ τί Σίμων δύναται.

~~[illegible]~~

Deuouere uelis si hostem Dionysie, non tu
Isida diuinam, ne'ue pete Amphicratem.
Nec numen cæcos faciens, sed adito Simonem,
Et nosces possit quid deus atq; Simon.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰς ἄϊδος κατέπεμψε πάλαι ποτὲ δέσποτα κάπρος
ὡς λόγος, Εὐρυσθεὺς τὸν μέγαν Ἡρακλέα.
νῦν δ' ἐμὲ Μηνοφάνης ὁ κλινικός. ὥστε λεγέσθω
κλινικὸς Εὐρυσθεύς, μηκέτι Μηνοφάνης.

~~[illegible]~~

Amphitrioniaden quondam demisit ad orcum,
Eurystheus, modò si fabula uera refert.
Nunc me Menophanes sed clinicus, ergo uocetur
Clinicus Eurystheus, non uolo Menophanes.

Νικάρχου. (ξας

Οὔτ' ἔκλυσεν Φείδων μ', οὔθ' ἥψατο, ἀλλὰ πυρέ-
ἐμνήσθην αὐτοῦ τοὔνομα, κἀπέθανον.

~~[illegible]~~

Non lauit Phidon medicus nec me attigit, ipsum
Sed solum nomen incidit, emorior.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἰητρὸς τὴν γραῦν εἴτ' ἔκλυσεν, εἴτ' ἀπέπνιξεν
οὐδεὶς γιγνώσκει. δαιμόνιον τὸ τάχος.
ὁ ψόφος ἦν κλυστῆρος ἐν οὔασι, καὶ στεφανοῦτο
ἡ σορός, οἱ δ' ἄλλοι τὸν τάφον ηὐτρέπισαν.

[illegible]s.

Strangulet an lauet hic medicus, nō nouimus, ipsa
Infelix sed anus nónne repente perit?
Clysteris strepitus sedet auribus, urna coronam
Accipit, effodiunt mox alij tumulum.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ορθῶσαι τὸν κυρτὸν ὑπεσχόμενος Διόδωρον.
Σωκλῆς τετραπέδους τρεῖς ἐπέθηκε λίθους.
τοῦ κυρτοῦ στιβαροὺς ἐπὶ τὴν ῥάχιν. ἀλλὰ πιεσθεὶς
τέθνηκεν, γέγονεν δ' ὀρθότερος κανόνος.

[illegible]s.

Tendere gibbosum spondet Socles Diodorum
Et lapides ternos alligat ad scapulas.
Atq; premit gibbum magno cum pondere, tensus
Mortuus est, factus rectior & canone.

ALCIATVS.

Quum gibbum cuperet tuccas æquare Menippi,
Quinque super dorsum marmora magna tulit.
Ast ille oppetijt tam immani pondere pressus,
Et recto factus rectior est canone.

Τοῦ αὐτοῦ.

Χειρουργῶν ἔσφαξεν ἀκεστορίδην Αγέλαος.
ζῶν γάρ, χωλεύειν φησὶν ἔμελλε τάλας.

[illegible]s.

Perdit Acestoriden Agelaus, quid miser, inquit,
Vita tibi prodest, uiuere claudus amas?

Τοῦ

τοῦ αὐτοῦ.

Πέντ' ἰητρὸς Ἀλεξις ἅμ' ἔκλυσε, πέντ' ἐκάθηρε.
πέντ' ἰδὼν ἀῤῥώστους, πέντ' ἐνέχρισε πάλιν.
καὶ πᾶσι μία νύξ, ἓν φάρμακον, εἷς σοροπηγός,
εἷς τάφος, εἷς ἀΐδης, εἷς κοπετὸς γέγονεν.

Quinq; lauat, totidem medicus quoq; purgat Alexis,
Quinq; ægros uidit, quinq; & inunxit item.
Omnes nox una, & medicina, polinctor & unus,
Orcusq; & tumulus, luctus & unus habet.

Λουκιλλίου.

Πρὶν σ' ἐναλείψασθαι, Δημόστρατε, χαῖρ' ἱερὸν φῶς
εἰπὲ τάλαν. οὕτως εὔκοπός ἐστι Δίων.
οὐ μόνον ἐξετύφλωσεν Ὀλυμπικόν, ἀλλὰ δὲ αὐτοῦ
εἰκόνος ἧς εἶχεν, τὰ βλέφαρ' ἐξέβαλεν.

Ipse diem & iubeas Demostrate cuncta ualere,
Vngi si à medico forte Dione uelis.
Nuper enim est oculis priuatus Olympicus, atq;
Palpebris etiam saxea imago caret.

Νικάρχου.

Ξεῖνε, τί μὰν πεύθῃ; τίνες ἐν χθονί, τοῖς δ' ὑπὸ (τύμβοις,
οὓς γλυκεροῦ φέγγους Ζώπυρος ἐστέρησε;
Δᾶμις, Ἀριστοτέλης, Δημήτριος, Ἀρκεσίλαος,
Σώστρατος, οἵ τ' ὀπίσω μέχρι Παραιτονίου.
κηρύκιον γ' ἔχων ξύλινον, καὶ πλαστὰ πέδιλα,

ὡς ἑρμῆς κατάγει τοὺς θεραπευομένους.

Quæris qui fuimus, tumulis quos condidit istis
Zopyrus, uitæ & sustulit è medio,
Damis, Aristoteles, Demetrius, Arcesilaus,
Sostratus, & qui post, usq; Parætonium.
Virgam habet ex ligno, pedibus talaria nectit,
Instar Mercurij nos medicatus agens.

Ἀδέσποτον.

Ἰητρὸς Κρατέας, καὶ Δάμων ἐνταφιαστής,
κοινὴν ἀλλήλοις θέντο συνωμοσίην. (μῶνας
καί ῥ' ὁ μὲν, οὓς κλέπτεσκεν ἀπ' ἐνταφίων πλα-
εἰς ἐπιδεσμεύειν πέμπε φίλῳ Κρατέᾳ.
τὸν δ' ἀπαμειβόμενος Κρατέας εἰσενταφιάζειν
πέμπειν ὅλους αὐτῷ τοὺς θεραπευομένους.

Damon uespillo, medicus Crateasq; uicissim
Firmarunt certæ fœdera amicitiæ.
Exuuias alter tumulorum tollit, amico &
Vulnera quîs arctet, donat habere suo.
Nc talio at iustus desit, medicata remittit
Corpora, quæ Damon contumulare queat.

Καλλικτήρου.

Φαρμακίῃσι ῥόδων λέπραν, καὶ χοιράδας αἴρει.
τἆλλα δὲ πάντ' αἴρει καὶ δίχα φαρμακιῶν.

Tollere pharmacijs lepras, strumasq; Rhodonem

Fama est, sed tollit & sine pharmatijs.

Ἀδήλου.

Ἆγις Ἀρισταγόρην οὔτ᾽ ἔκλυσεν, οὔτ᾽ ἔθιγ᾽ αὐτοῦ.
ἀλλ᾽ ὅσον εἰσῆλθεν, κᾤχετ᾽ Ἀρισταγόρης.
ποῦ τοίην ἀκόνιτον ἔχει φύσιν. ὦ σοροπηγοί,
ἆγιν καὶ μίξαις βάλλετε, καὶ στεφάνοις.

Agis Aristagoram lauit non, attigit & non,
Sed tantum accessit, iam miser inde perit.
O uespilones pensate hæc commoda, deinde
Floribus hunc semper spargite & usq; rosis.

Ἀγαθίου.

Κεῖτο μὲν Ἀλκιμένης κεκακωμένος ἐκ πυρετοῖο,
καὶ περὶ λευκανίην βραγχὰ λαρυγγιόων.
νυσσόμενός τε τὸ πλευρόν, ἀπὸ ξιφέεσσιν ἀμυχθὲν
καὶ θαμὰ δυσκελάδοις ἄσθμασι πνευσιόων.
ἦλθε δὲ Καλλίγνωτος ὁ κῷος, ὁ πλατυλέσχης,
ὃς δὴ παιωνίδος πληθόμενος σοφίης.
πᾶσαν ἔχων πρόγνωσιν ἐν ἄλγεσιν, οὔτι περισσὸν
ἄλλο προαγγέλλων, ἢ τὸ γινωσκόμενον.
Ἀλκιμένους δ᾽ ἐδόκευεν ἀνάκλισιν, ἔκ τε προσώπου
φράζεν, καὶ παλάμης ψαῦεν ἐπισταμένως.
καὶ τὸ περὶ κρισίμων φαέων ἐλογίζετο γράμμα,
πάντ᾽ ἀναπεμπάζων οὐχ ἑκὰς Ἱπποκράτους.
καὶ τότε τὴν πρόγνωσιν ἐς Ἀλκιμένην ἀνεφώνει,
σεμνοπροσωπήσας, καὶ σοβαρευσάμενος.

εἴγε φάρυγξ βομβεῦσα, καὶ ἄγρια τύμματα πλευρῶν
 καὶ πυρετῷ λήξει πνεῦμα δασαινόμενον, (ζῆς,
οὐκ ἔτι τεθνήξῃ πλευρίτιδι. τοῦτο γὰρ ἡμῖν
 σύμβολον ἐσσομένης ἐστὶν ἀπημοσύνης.
θάρσει, τὸν νομικὸν δὲ κάλει, καὶ χρήματα σαυτοῦ
 εὖ διαθεὶς, βιότου λῆγε μεδιμνοτόκου.
καί με τὸν ἰητρὸν προσρήσιος εἵνεκεν ἐσθλῆς,
 ἐν ἐσχάτῃ μοίρῃ κάλλιπε κληρονόμον.

Hic iacet Alcimenes uexatus febre maligna,
 Et male raucoso gutture uerba sonans.
Cui tanquam gladijs punctum latus arsit acutis,
 Cui tumuere crebris pectora anhelitibus.
Hunc medicus Cous & nomine magnus & arte
 Accessit uerbis amplaq; multa sonans.
Omnia nosse ratus subiti mala damna doloris,
 Quæq; aderant gnarus, quæq; futura forent.
Decubitũ Alcimenæ obseruans, hinc & faciem ipsam,
 Explorans pulsus iudicium inde manus.
Hinc & de criticis dixit non pauca diebus,
 Emensus digitis singula ut Hippocrates.
Tum tandem Alcimenem admonuit sic uoce loquutus,
 Et dignum uerbis addidit ipse decus.
Gutture raucedo cedat, puncturaq; pleuræ,
 Cumq; febri cesset spiritus ille frequens.
Hæc fiant, nunquam pleuritide, crede, peribis,

Ista

Ista tibi certæ signa salutis erunt.
Confidit, dispensatorem accersit, opesq́;
Distribuit, uita & fungitur emerita.
At medici ut blandum sermonem munere penset
Hæres ex terna hic parte relictus ouat.

Στράτωνος.

Ἰητρὸς Καπίτων χρύσην ἐνέχρισεν ὁρῶντα
ὀκτὼ μὲν μακρὸν πύργον ἀπὸ σταδίων,
ἄνδρα δ' ἀπὸ σταδίου, διὰ δώδεκα δ' ὄρτυγα πηχῶν,
φθεῖρα δ' ἀπὸ σπιθαμῶν καὶ δύο δερκόμενον.
νῦν δ' ἀπὸ μὲν σταδίου, πόλιν οὐ βλέπει. ἐκ δὲ διπλέ
καιόμενον καὶ ἰδεῖν τὸν φάρον οὐ δύναται. (θρου,
ἵππον ἀπὸ σπιθαμῆς δὲ μόλις βλέπει. ἀντὶ δὲ τοῦ πρὶν
ὄρτυγος, οὐδὲ μέγαν στρουθὸν ἰδεῖν δύναται.
ἂν δὲ προσεγχρίσῃς αὐτὸν φθάσῃ, οὐδ' ἐλέφαντα
οὐκ ἔτι μὴ κατίδῃ πλησίον ἑσταότα.

C. VRS. VELIVS.

Vngebat Chrysen Capito, cui culmina turris
A stadijs octo uisa fuere prius.
Visus homo à stadio fuit: ad duodena coturnix
Brachia, pes palmos per duo lende satus.
Nunc urbem à stadio, uix cernere iugera porrò
Per duo lucentem nec Pharon ille potest.
Sed nec equum palmi spatio: proq́; alite parua
Passeris immensi membra uidere nequit.
Quem modo si medicus perrexerit ungere, cernet

Admotum propius uix elephanta sibi.

Λουκιλλίου.

Ἑρμογένην τὸν ἰατρὸν ἰδὼν Διόφαντος ἐν ὕπνοις,
οὐκ ἔτ' ἀνηγέρθη, καὶ περίαμμα φέρων.

MARTIALIS.

Lotus nobiscum est hilaris, cœnauit & idem,
Inuentus mane est mortuus Andragoras.
Tam subitæ mortis causam Faustine requiris?
In somnis medicum uiderat Hermocratem.

[illegible]

Hermogenem in somnis medicum uidit Diophantus,
Amuleta ferens, atque etiam interijt.

Παλλαδᾶ.

Βέλτερον ἡγεμόνος λῃστοκτόνου ἐς κρίσιν ἐλθεῖν,
ἢ τῶν χειρούργου Γενναδίου παλάμας.
ὃς μὲν γὰρ φονέας ὁσίως στυγέων, κατατέμνει·
ὃς δὲ λαβὼν μισθοὺς, εἰς ἀΐδην κατάγει.

LVSCINIVS.

Iudicium melius fuerit subijsse latronis,
Gennadij medicas quàm petijsse manus.
Ille etenim cædes sancte execratur & odit,
Hic pretium capit, & ducit ad Elysios.

[illegible]

Ipse uelim potius latrone urgente perire,
Chirurgi quàm sic Gennadij manibus.
Odit enim casus nostros alter manifeste,

Alter

Alter sed pretio ducit ad interitum.

Ἀγαθίου.

Ἰητήρ τις ἐμοὶ τὸν ἑὸν φίλον υἱὸν ἔπεμψεν,
ὥστε μαθεῖν παρ' ἐμοὶ ταῦτα τὰ γραμματικά.
ὡς δὲ τὸ μῆνιν ἄειδε, καὶ ἄλγεα μυρί' ἔθηκεν
ἔγνω, καὶ τὸ τρίτον τοῖσδ' ἀκόλουθον ἔπος,
πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν,
οὐκέτι μιν πέμπει πρός με μαθησόμενον.
ἀλλά μ' ἰδὼν ὁ πατὴρ, σοὶ μὲν χάρις εἶπεν ἑταῖρε
αὐτὰρ ὁ παῖς παρ' ἐμοὶ ταῦτα μαθεῖν δύναται.
καὶ γὰρ ἐγὼ πολλὰς ψυχὰς Ἄϊδι προϊάπτω,
καὶ πρὸς τοῦτ' οὐδὲν γραμματικοῦ δέομαι.

In medica quidam mihi uir non infimus arte
Natum, quo posset Graeca sonare, dedit.
Qui postquam Iliados modulari carmina prima,
Istaq; iam potuit dicere uerba puer.
Complureis orco dedit hic animasq; uirosq;:
Extemplo puerum detinet ille domi.
Meq; ubi uidisset, grateis tibi debeo magnas
Inquit, at haec natum cuncta docere queo.
Plurima nam per me Plutoni mittitur umbra.
Et mihi grammatici nil opus hic opera.

ΕΙΣ ΙΠΠΟΥΣ.

Λουκιλλίου.

Θεσσαλὸν ἵππον ἔχεις Ἐρασίστρατε, ἀλλὰ σαλεῦ(σαι

οὐ δύνατ' αὐτὸν ὅλης φάρμακα Θεσσαλίης. (πρὸς
ὄντως δούρειον ἵππον, ὃν εἰ Φρύγες εἷλκον ἅπαν-
σιν Δαναοῖς, Σκαιὰς οὐκ ἂν ἐσῆλθε πύλας.
ὃν στήσας ἀνάθημα θεοῦ ναῷ, εἰ προσέχεις μοι,
τὰς κριθὰς ποίει τοῖς τεκνίοις πτισάνην.

LVSCINIVS.

Est fateor tibi nunc Erasistrate forte caballus
Thessalus, at quem non Thessala saga mouet.
Ligneus est ipsißimus hic, quem fune trahant si
Cum Danais Phryges, mœnia nulla petit.
Inter equos diuûm statues isthuc simulacrum,
Filiolis pultes pabula rite dabunt.

ΕΙΣ ΚΙΘΑΡΩΔΟΥΣ.

Λεωνίδου.

Νυκτικόραξ ᾄδει θανατηφόρον. ἀλλ' ὅταν ᾄσῃ
Δημόφιλος, θνήσκει καὐτὸς ὁ νυκτικόραξ.

~~[illegible]VS.~~

Infaustum & lethale sonat de culmine bubo,
Demophili cantu bubo sed ipse perit.

~~[illegible]VS.~~

Nycticorax mortem cantu prædicit: At ille
Demophilo moritur triste canente melos.

Τοῦ αὐτοῦ.

Σιμύλος ὁ ψάλτης τοὺς γείτονας ἔκτανε πάντας,
νυκτὸς ὅλης ψάλλων, πλὴν ἑνὸς Ὠριγένους.
κωφὸν γὰρ φύσις αὐτὸν ἐθήκατο. τοὔνεκεν αὐτῷ
ζωὴν

ζωὴν ἀντ᾽ ἀκοῆς δῶκε περισσοτέρην.

LVSCINIVS.

Simylus insomnes uicinos musicus arte
Dum necat, Horigenes forte superstes erat.
Finxerat hunc surdum natura, sed omine dextro,
Quae negat auditum uiuere nanq; dabat.

[illegible]S.

Nocte canens tota uicinos perdidit omneis
Simylus, haud nocuit sed tamen Horigeni.
Surdus enim fuit: atq; deus, quò tanta leuaret
Damna, dedit uitae tempora longa breui.

Αμμιανοῦ.

Νικήτης ᾄδων, τῶν ᾠδῶν ἐστὶν ἀπόλλων.
ἂν δὲ ἰατρεύῃ, τῶν θεραπευομένων.

[illegible]S.

Nicetes si quando canit, tum carmine Apollo est,
Et medicatorum si medicamina dat.

ΕΙΣ ΚΛΕΠΤΑΣ.

Λουκιλλίου.

Εἴσιδεν Ἀντίοχος τὴν Λυσιμάχου ποτὲ τύλην,
κοὐκ ἔτι τὴν τύλην εἴσιδε Λυσίμαχος.

C. VRS. VELIVS.

Lysimachi pateram postquam uidisset Ophe ltes,
Non uidit pateram postea Lysimachus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τὴν ἀναδυομένην ἀπὸ μητέρος ἄρτι θαλάσσης

κύπριν ὅλην χρυσέην ἐχθὲς ἔκλεψε Δίων.
καὶ χερὶ προσκατέσυρεν ὁλοσφύριστον ἄδωνιν,
καὶ τὸ παρεστηκὸς μικρὸν ἐρωτάριον.
αὐτοὶ νῦν ἐρέουσιν, ὅσοι περὶ φῶρες ἄριστοι,
οὐκ ἔτι σοὶ χειρῶν εἰς ἔριν ἐρχόμεθα.

CORNARIVS.

Egressa ex pontõ Venus aurea stabat ad altum
Maternum thalamum, hanc sustulit ecce Dion.
Atq; simul manibus prendit pulcherrimum Adonim,
Atq; etiam astantem dein Veneris puerum.
Exclamant omnes fures quicunq; magistri,
Nullus certabit deinde tibi manibus.

τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ πόδας εἶχε Δίων, οἵας χέρας, οὐκ ἔτ' ἂν Ἑρ(μῆς
πτηνὸς ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ Δίων ἐκρίθη.

CORNARIVS.

Si pedibus quantum manibus præstaret, haberet
Mercurij in superis deinde locum ipse Dion.

LVSCINIVS.

Interpres superum cedet mihi iure Dioni
Si pedibus ualeat fur uelut ipse manu.

τοῦ αὐτοῦ.

Ἐκ τῶν ἑσπερίδων τὰ τοῦ Διὸς ἧρε Μένισκος
ὡς τὸ πρὶν Ἡρακλέης χρύσεα μῆλα τρία.
καὶ τί γάρ; ὡς ἑάλω, γέγονεν μέγα πᾶσι θέαμα,
ὡς τὸ πρὶν Ἡρακλέης ζῶν κατακαιόμενος.

Ex horto Heſperidum fur aurea mala Meniſcus
Hercules ut quondam, trina repente tulit.
Exhibuit prenſus ſpectacula magna repente,
Hercules ut quondam, uiuus enim igne perit.

Αδηλον.

Ἤδειμεν πτολέμῳ Ἀντώνιον ὄντα σε πάντες,
ἐξαπίνης τρία σοι γράμματα πῶς ἔλιπεν;

LVSCINIVS.

Vidimus in bello te cuncti Antonion, ede,
Litterulis careas, cur modò uicte tribus?

Imitatio.

Notus eras inter nuper Furelius omnes,
Cur tibi tam ſubito littera quina perit?

ΕΙΣ ΚΟΥΡΕΑΣ.

Λουκιλλίου.

Τὸν δασὺν Ἑρμογένη ζητεῖ πόθεν ἄρξεθ᾽ ὁ κουρεὺς
κείρειν τὴν κεφαλήν, ὄνθ᾽ ὅλον ὡς κεφαλήν.

SOTER.

Hermogenem fruſtra aggreditur tondere magiſter,
Multiplicem ob crinem nam caput haud reperit.

Hermogeni tonſor caput hic tonſurus, ubi, inquit,
Hic tandem caput eſt? hiſpida cuncta uidens.

Αδηλον.

Κουρεὺς, καὶ ῥαφιδεὺς, κατεναντίον ἦλθον ἀγῶνος.
καὶ τάχα νικῶσιν τὸν ξυρὸν αἱ ῥαφίδες.

Certabant sutor, tonsorq;, nouacula cessit,
Et uictrix uictæ signa ferebat acus.

ΕΙΣ ΚΥΝΗΓΟΝ.

Λουκιλλίου.

Πανὶ φιλοσκήλυγγι, καὶ οὐρεοφοιτάσι νύμφαις,
καὶ σατύροις, ἱεραῖς τ' ἔνδον ἁμαδρυάσι. (κος
σὺν κυσὶ, καὶ λόγχαις ταῖς περὶ συοφόντισι μάρ
μηδὲν ἑλὼν αὐτὸς, τοὺς κύνας ἐκρέμασεν.

Qui specubus gaudet Pani, qui in saltibus errant
Nymphis, & Satyris hinc quoq; syluicolis,
Apta feris suibus tandem uenabula Marcus,
Quum nil cepisset, obtulit atq; canes.

ΕΙΣ ΚΩΜΩΙΔΟΝ.

Παλλαδᾶ.

Παύλῳ κωμῳδῷ κατ' ὄναρ στὰς, εἶπε Μένανδρος,
οὐδὲν ἐγὼ κατὰ σοῦ, καὶ σὺ κακῶς με λέγεις.

Comedo insomnis dixit pridem ipse Menander,
Nil scribam contrà, nam male me recitas.

ΕΙΣ ΚΩΦΟΥΣ.

Νικάρχου.

Δυσκώφῳ δύσκωφος ἐκρίνετο. καὶ πολὺ μᾶλλον
ἦν ὁ κριτὴς τούτων τῶν δύο κωφότερος.
ὧν ὁ μὲν, ἀντέλεγεν τὸ ἐνοίκιον αὐτὸν ὀφείλειν
μηνῶν.

μύλων ὧν τρέμενθ'. ὃ δ' ἔφη νυκτὸς ἀληλεκέναι.
ἐμβλέψας δ' αὐτοῖς ὁ κριτὴς, λέγει, ἐς τί μάχεσθε;
μήτηρ ἔσθ' ὑμῖν; ἀμφότεροι βόσκετε.

MORVS.

Lis agitur, ſurdusq́; reus, ſurdus fuit actor,
Ipſe tamen iudex ſurdus utroq; magis.
Pro ædibus hic petit æs, quinto iam menſe peracto,
Ille refert, tota nocte mihi acta mola eſt.
Aſpicit hos iudex, & quid contenditis inquit,
An non utriq; eſt mater ? utriq; alite.

LVSCINIVS.

In ius forte trahit ſurdum, mirabile dictu,
Surdus, & his iudex ſurdior ipſe fuit.
Eq́; domo, cenſum in quintum menſem petit actor,
Nocte reus tota dixit ego molui.
Intuitus iudex ambos. Quæ litis origo
Huius ait? matrem mando fouete ſimul.

ALCIATVS.

Certabat ſurdo ſurdus, litemq́; mouebat,
Ipſe datus iudex ſed mage ſurdus erat.
Quinque domus cenſum petijt pro menſibus alter,
Nocte molam tota truſimus alter ait.
Reſpicit hos iudex, & quid contenditis inquit?
Mater adeſt uobis, paſcat uterq; ſuam.

ΕΙΣ ΛΑΙΜΑΡΓΟΥΣ. Λουκιλλίου.

Οὐδὲν ἀφῆκεν ὅλως Διονύσιε λείψανον Αὖλος

Εὐτυχίδης δειπνῶν, ἦρε δὲ πάντ᾽ ὀπίσω.
καὶ νῦν Εὐτυχίδης δ᾽ ἔχει μέγα δεῖπνον ἐν οἴκῳ.
μὴ κληθεὶς δ᾽ Αὖλος ξηροφαγεῖ καθίσας.

Eutychides Aulo semper couiuia, reliquit
Nil magis, & quod edat, iam nihil Aulus habet.
Aulus ab Eutychide spretus, dum lautius ille
Viuit, difficili disperit usq; fame.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἦν βραδὺς εὐτυχίδης σταδιοδρόμος, ἀλλ᾽ ἐπὶ δεῖπν
ἔτρεχεν, ὥς τε λέγειν, Εὐτυχίδης πέταται. (πτν)

MORVS.

Stare putes stadio Eutychides quũ curreret, at quum
Curreret ad cœnam, nempe uolare putes.

Eutychides tardus cursor cœnam ibat ad ipsam
Quærere uti posses, Eutychides'ne uolat?

ΕΙΣ ΛΕΠΤΟΥΣ.

Ἀμμιανοῦ.

Τὸν μικρὸν Μάκρωνα θέρους κοιμώμενον εὑρὼν
εἰς τρώγλην μικροῦ τοῦ ποδὸς εἵλκυσε μῦς.
ὃς δ᾽ ἐν τῇ τρώγλῃ ψιλὸς τὸν μῦν ἀποπνίξας,
Ζεῦ πάτερ, εἶπεν, ἔχεις δεύτερον Ἡρακλέα.

LVSCINIVS.

Dormierat nanus dum Macron forte sub æstu
En pede mus miserum traxit in antra uirum.
Ille

Ille diu pugna ancipiti dum sterneret hostem,
Alciden, ait, hic Iuppiter ecce alium.

HER. A NOVA AQVILA CO.

Exiguum Macronа uidens sub sole iacentem,
Mus tenero prensum traxit in antra pede.
Ast ubi iam murem breuis occidisset in antro,
Iuppiter, en tibi nunc Hercules alter, ait.

C. VRS. VELIVS.

Paruulus æstiuo dormiuit tempore Macron,
Quem sua mus gracili traxit in antra pede.
Qui leuis in fouea clamauit, mure perempto,
Iuppiter, Alcides ecce tibi alter ero.

[illegible]S.

Pumilio quum forte Macron sub sole cubaret,
Mus pede non magno traxit in antra uirum.
Qui simulatq; suis tantum colliserat hostem
Viribus, en ego nunc Hercules alter, ait.

Λουκιλλίου.

Ἐξ ἀτόμων Ἐπίκουρος ὅλον τὸν κόσμον ἔγραψεν,
εἶναι τοῦτο δοκῶν ἄλκιμε λεπτότατον.
εἰ δὲ τότ᾽ ἦν Διόφαντος, ἔγραψεν ἂν ἐκ Διοφάντου,
τοῦ καὶ τῶν ἀτόμων πουλύ τι λεπτοτέρου.
ἢ τάχα μὲν ἄλλ᾽ ἔγραψε συνεστάναι ἐξ ἀτόμων ἄν,
ἐκ τούτου δ᾽ αὐτὰς ἄλκιμε τὰς ἀτόμους.

MORVS.

Ex atomis Epicurus totum fabricat orbem

Alcime, dum nihil his credidit esse minus.
Ex te fecisset si tum Diophante fuisses,
Nempe atomis multo es tu Diophante minor.
Aut fortè ex atomis iam cætera scriberet esse,
Ast ipsas ex te scriberet esse atomos.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἱππεύων μύρμηκι Μενέστρατος ὡς ἐλέφαντι,
δύσμορος ἐξαπίνης ὕπτιος ἐξετάθη.
λακτισθεὶς δ᾽ ὡς εἶχε τὸ καίριον, ὦ φθόνε φησίν,
οὕτως ἱππεύων ὤλετο καὶ Φαέθων.

AVSONIVS.

Faustulus insidens formicæ, ut magno elephanto,
Decidit, & terræ terga supina dedit.
Moxq; idem ad mortem est multatus calcibus eius,
Perditus ut posset uix retinere animam.
Vix tamen est fatus: quid rides improbe liuor
Quod cecidi: cecidit non aliter Phaëthon.

Formicæ è tergo, magno ut dorso ex elephantis
Mnestratus infelix decidit usq; solum.
Et postquam inualuit calcatus, liuida dixit,
Sic & eques quondam deperijt Phaëthon.

Τοῦ αὐτοῦ.

Βουλόμενός ποθ᾽ ὁ λεπτὸς ἀπάρξασθαι Διόφαντος
νῆμα λαβὼν ἀράχνης, αὑτὸν ἀπηγχόνισεν.

MORVS.

Vt fugeret miseræ Diophantus tædia uitæ,
Vsus arachneo est stamine pro laqueo.

LVSCINIVS.

Pygmæo est laqueus quod fecit aranea filum,
Quando miser sese strangulat atq; perit.

C. VRS. VELIVS.

Quum macer optaret laqueo Diophantus obire,
Pensilis est filo factus araneoli.

Τοῦ αὐτοῦ.

Αἰγείρου φύλλῳ πεφορημένῳ ἐξ ἀνέμοιο,
πληγεὶς Χαιρήμων, ὕπτιος ἐξετάθη.
κεῖται δ' ἠ Τιτυῷ ἐναλίγκιος, ἢ Παλικάμπῃ,
ἁπλώσας ἐπὶ γῆς σῶμα τὸ κανάβινον.

ALCIATVS.

Quum spaciaretur non longior indice Tuccas,
Percussus querna est fronde cadente caput.
Mortuus hinc iacet, ast illac quicunq; uiator
Præterit, erucam uel cymicem esse putat.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τὸν μέγαν ἐζήτουν Εὐμήκιον, ὃς δ' ἐκάθευδε,
μικρῷ ὑπ' ὀξυβάφῳ τὰς χέρας ἐκτανύσας.

[illegible] S.

Eumecum magnum quærebam, dormijt ipse,
Extensis manibus sub pileo oxybapho.

Νικάρχου.

Τρεῖς λεπτοὶ πρώην περὶ λεπτοσύνης ἐμάχοντο.

τίς προκριθεὶς εἴη, λεπτῇ ἐπιλεπτότερος.
ὧν ὁ μὲν εἷς, Ἕρμων, μεγάλην ἐνεδείξατο τέχνην,
καὶ διέδυ ῥαφίδος, τρῆμα λίνον κατέχων.
Δημᾶς δ' ἐκ τρώγλης βαίνων, ἐς ἀράχνιον ἔστη.
ἡ δ' ἀράχνη νήθουσ' αὐτὸν ἀπεκρέμασεν. (γῦ,
Σωσίπατρος δ' ἐβόησεν, ἐμὲ στεφανώσετ'. ἐγὼ
εἰ βλέπομ', ἥττημαι. πνεῦμα γάρ εἰμι μόν).

LVSCINIVS.

Certarunt quondam minimi ſub iudice nani
Tres, præſtet quiſnam, ſit minimusq; trium.
Tum primus Hermon, *mira ſe iactat ab arte,*
Fila trahens rimam quod penetraret acus.
Eq; ſpecu muris quam fecit aranea caſſem
Calcat iens Demas, *penſilis è tenui.*
Soſipatrus clamat mox palmam ferte mihi, nam
Vincar ſi uideor, ſum niſi puluis ego.

Λουκιλλίου.

Μύρμηκος πτερόεντος ὑπὲρ νώτοιο καθεσθεὶς,
ἄδρηστος ῥήτωρ, τοῖον ἔλεξεν ἔπος,
ἵπτασο, τὸν σὸν ἔχεις ὦ πήγασε Βελλεροφόντην,
φέρτατον ἡρώων, ἡμιθανῆ σκελετόν.

Formicæ alatæ tergo conſedit Aceſtes,
Et rhetor tales protulit ore ſonos.
Nunc uolita, perfers ô Pegaſe Bellerophontem,
En primum heroum, ſemideumq; uehis.

Ἄδηλον.

Αδηλον.

Ριπίζων ἐν ὕπνοις Δημήτριος Αρτεμιδώραν
τὴν λεπτὴν ἐκ τοῦ δώματος ἐξέβαλεν.

[illegible]

In somnis uentum demisit forte Philotes,
Quo leuis eiecta est Artemidora domo.

ΕΙΣ ΜΑΚΡΟΥΣ.

Αμμιανοῦ.

Τῷ Στρατονικείῳ πόλιν ἄλλην οἰκοδομεῖτε,
ἢ τούτοις ἄλλην οἰκοδομεῖτε πόλιν.

C. VRS. VELIVS.

Vrbem aliam Stratoniceo nunc condite ciues,
Aut istis urbem condite nunc aliam.

ΕΙΣ ΜΕΘΥΣΟΥΣ.

Παλλαδᾶ.

Σιλβανὸς δύο παῖδας ἔχων οἶνόν τε καὶ ὕπνον,
οὐκ ἔτι τὰς μούσας, οὐδὲ φίλους φιλέει.
ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ λεχέων νιν ἐΰφρονος ἐς φρένα θέλγει,
ἄλλος δ' ἐν θαλάμοις ῥεγχόμενον κατέχει.

[illegible]s.

Siluano quum sint geminae, Somnusq; Merumq;
Proles, iam Musas negligit, atq; suos.
Altera delectat molles diffusa per artus,
Altera mox placido membra sopore grauat.

Αδηλον.

Πῶς φιλίας ὦ μῆτερ ἐμοῦ πλέον υἱέος οἶνον;

δὸς πιέειν οἴνοιο, ἐπεὶ γάλα τὸ πρὶν ἔδωκας.
ὦ παῖ, σὴν μετὰ δίψαν ἐμὸν γάλα τὸ πρὶν ἔπαυσε,
νῦν δ' ἴθι πῖνε ὕδωρ, καὶ σβέννυ τὴν σέο δίψαν.

[illegible]s.

FILIVS.

Sic'ne tibi mater Bacchus me charior ipſo?
Lac puero quondam, nunc uinum porrige mater.

MATER.

Noſtra tibi puero manarunt ubera lacte,
Sed modo fontis aqua ſitienteis collue fauces.

Εἰς Ἀπιανὸν ἡγεμόνα πότην. (τίς
γράμμα περισσὸν ἔχεις τὸ προκείμενον. ἢν ἀφέλῃς
τοῦτό σοι, οἰκεῖον κτήσῃ ἁπλῶς ὄνομα.

LVSCINIVS.

Littera prima tibi ſupereſt Apiane bibaci,
Diceris Graijs rite puto Pianus.

ΕΙΣ ΜΙΛΙΑΡΙΟΝ ΨΥΧΡΟΝ
Νικάρχου.

Ἠγόρασας χαλκοῦν μιλιάριον Ἡλιόδωρε
τοῦ περὶ τὴν θρᾴκην ψυχρότερον βορέου.
μὴ κάμνε, μὴ φύσα. μάτην τὸν καπνὸν ἐγείρεις,
εἰς τὸ θέρος χαλκῆν βχύκαλιν ἠγόρασας.

ALCIATVS.

Aeratum emiſti miliarion Heliodore,
Per Thracas flantis frigora habens Boreæ.
Ne ſuffla, fumum'ue cites, ſumasq; laborem,

Aerata

Aerata æstati Bauculis empta fuit.

ΕΙΣ ΝΟΜΙΚΟΥΣ.

Λουκιλλίου.

Φαῖδρος πραγματικὸς, καὶ ζωγράφος ἤριζε Ῥοῦ-
τίς θᾶσσον γράψει, καὶ τίς ὁμοιότερον. (φος,
ἀλλ' ἐν ὅσῳ Ῥοῦφος τρίβειν τὰ χρώματ' ἔμελλε,
Φαῖδρος ἔγραψε, λαβὼν εἰκονικὴν ἀποχήν.

Τοῦ αὐτοῦ. (ρους,

τοὺς πόδας εἰ κρατερὸς, καὶ τὰς χέρας εἶχ' ὁλοκλή-
οὐκ ἂν τὴν κεφαλὴν εἶχε, τοιαῦτα γράφων.

ALCIATVS.

Acta notans Phædrus, pictor quoq; pignore certat
Rufus, uter citius scribat, uter propius.
Sed dum concretas terit hic, soluitq; colores,
Descripsit uariam protinus ille apocham.
Sorte pedes, palmasq; pari si Phædrus haberet,
Nullius certans pictor erat capitis.

ΕΙΣ ΟΚΝΗΡΟΥΣ.

Τοῦ αὐτοῦ. (γός,

Τῆς νυκτὸς τροχάσας ἐν ὕπνοις ποτὲ Μάρκος ὁ ἀρ-
οὐκέτ' ἐκοιμήθη, μὴ πάλι που τροχάσῃ.

LVSCINIVS.

In somnis currens Marcus piger, arcet & odit
Perpetuò somnum, ne labor is redeat.

C. VRS. VELIVS.

Nocte fatigatus cursu per somnia Marcus
Peruigilat, ne iterum somniet ista piger.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἐκλήθην ἐχθὲς Δημήτριε. σήμερον ἦλθον
δειπνεῖν. μὴ μέμψῃ, κλῖμαξ ἔχεις μεγάλην.
ἐν ταύτῃ πεποίηκα πολὺν χρόνον. οὐδ' ἂν ἐσώθην
σήμερον, ἀλλ' ἀνέβην, κέρκον ὄνου κατέχων.

LVSCINIVS.

Comis heri conuiua tibi Demetrie quo sim
Dum uocor, hoc ueni serius ecce die.
Tecta in præcipiti posita hæc causatus, aselli
Nec dum me uideas, huc nisi cauda trahat.

ΕΙΣ ΟΡΧΗΣΤΑΣ.

Λουκιλλίου.

Ἐκ ποίων ὁ πατήρ σε δρυῶν τέτμηκεν Ἀρίστων,
ἢ ποίου σε μύλου κόψατο λατομιῶν;
ἢ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου, ἢ ἀπὸ πέτρης,
ὀρχηστής, Νιόβης ἔμπνοον ἀρχέτυπον.
ὥστε με θαυμάζοντα λέγειν, ὅτι καὶ σύ τι Λητοῖ
ἤρισας. οὐ γὰρ ἂν ἦς αὐτομάτως λίθινος.

C. VRS. VELIVS.

Nam quo te genitor de robore fecit Ariston,
Aut ex qua secuit te lapicida mola?
Fatidica quondam è quercu, aut ex caute recisa?
Saltator Niobes *uiuus es archetypus.*
Hinc adeò miror matrem si tu quoq; Phœbi
Læseris, haud ultro saxeus esse potes.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πάντα καθ' ἱστορίην ὀρχούμενος, ἓν τὸ μέγιστον
  τῶν ἔργων παριδὼν, ἠνίασας μεγάλως.
τὴν μὲν γὰρ Νιόβην ὀρχούμενος, ὡς λίθος ἔστης.
  καὶ πάλιν ὢν Καπανεὺς, ἐξαπίνης ἔπεσες.
ἀλλ' ἐπὶ τῆς Κανάκης ἀφυῶς, ὅτι καὶ ξίφος ἦν σοι,
  καὶ ζῶν ἐξῆλθες, τοῦτο παρ' ἱστορίην.

AVSONIVS.

Deceptæ felix casus se miscuit arti:
  Histrio saltauit qui Capanea ruit.
Idem qui Nioben *saltauit saxeus: ut tum*
  Spectator ueram crediderit Nioben.
In Canace *uisus multo felicior ipsa,*
  Quod non hic gladio uiscera dissecuit.

MORVS.

Cætera ad historiã, quiddã tamen, id quoq; magnum
  Iam tibi saltatum contra erat historiam.
Dum Nioben *ageres, stabas tanquam lapis esses,*
  Quum fieres Capaneus, *ecce repente cadis.*
At Canacem *gladio referens quum uiuus abisti,*
  Hoc tibi saltatum contra erat historiam.

LVSCINIVS.

Prodieras apte in scenam persona, referre
  Cuncta potens, uniun defuit inde tamen.
Nam Nioben *dum totus agis, stas firmior omni*
  Saxo, tum Capaneus *conciderās subito.*

At Canace imprudens multum fueras, neq; gestis
Quadrat, habens gladium uiuus ut exilias.

HERM. A NOVA AQVILA CO.

Omnia perbelle dum luderet histrio, tantum
Vnus & hic ingens error in arte fuit.
Nam saltans Nioben subito stetit ut graue saxum,
Quumq; foret Capaneus terga supina dedit.
Ast ubi iam Canacen stricto mucrone referret,
Quod uiuens abijt, contra erat historiam.

Παλλαδᾶ.

Δάφνην, καὶ Νιόβην ὀρχήσατο Μέμφις ὁ σιμός.
ὡς ξύλινος, Δάφνην, ὡς λίθινος Νιόβην.

AVSONIVS.

Daphnen & Nioben, saltauit simius idem:
Ligneus ut Daphne, saxeus ut Niobe.

MORVS.

Saltauit Nioben, saltauit Daphnida Memphis,
Ligneus ut Daphnen, saxeus ut Nioben.

ΕΙΣ ΠΑΧΕΙΣ.

Ἀδέσποτον.

Τὸν παχὺν εὖ ἔγραψεν ὁ ζωγράφος. ἀλλ' ἀπόλοιτο,
εἰ δύο μισητοὺς ἀνθ' ἑνὸς ὀψόμεθα.

LVSCINIVS.

Erratur, dum mole graui bene pictor obesum
Ventro refert, unus dicitur esse duo.

Pinxisti pinguem bene pictor, disperea sed

Si semel

Si semel exosos cernere bis dederis.

ΕΙΣ ΠΟΙΗΤΑΣ.

Πολλιανοῦ.

Εἰσὶ καὶ ἐν μούσῃσιν ἐριννύες, αἵ σε ποιοῦσιν
ποιητὴν, ἀνθ' ὧν πολλὰ γράφεις ἀκρίτως.
τοίνυν σου δέομαι γράφε πλείονα. μείζονα γάρ
εὔξασθαι ταύτης οὐ δύναμαι μανίην. (σοι

MORVS.

Sunt etiam in Musis furiæ, quibus ipse poëta,
Fis, per quas temere carmina multa facis.
Ergo age plurima scribe precor, tibi nempe furorem
Non ego maiorem, quem precer, inuenio.

GERM. BRIXIVS.

Sunt furiæ & Musis, quæ te fecere poëtam
Hinc sine iudicio, carmina multa facis.
Plura ergo, precor, ede poëmata, quando precari
Maiorem hac nequeo Μωre tibi maniam.

[illegible]VS.

Carmina multa facis, faciunt te carmina uatem.
Quis furias Musis credat abesse suas?
Nunc precor ut scribas quamplurima, nāq; precari
Maius non possum nunc (mihi crede) malum.

Ἀδηλον.

Μισῶ δέσποτα Καῖσαρ, ὅσοις νέος οὐδ' ἔπι τ' οὐδεὶς
ἤρεσκε κἂν εἴπῃ, μῆνιν ἄειδε θεά.
ἀλλ' ἢν μὴ Πρίαμος τὶς ἔχῃ χρόνῳ ἡμιφάλακρος,

εἰ καὶ κυρτὸς ἄγαν, οὐ δύναται ἄλφα γράφειν.
εἰ δ' ὄντως οὕτω τοῦτ' ἔστ' ἔχον ὦ ὕπατε Ζεῦ,
εἰς τοὺς κηλήτας ἔρχεται ἡ σοφία.

C. VRS. VELIVS.

Hos odi, quîs nemo nouus placet optime Cæsar,
Vel si nunc, Iram dic mihi musa, canat.
Ac nisi quis Priami canus propè contigit annos,
Sit licet incuruus, scire nec alpha potest.
Si uerum est, ô summe deûm, tantummodo docti
Extiterint quosquos hernia dura tenet.

IDEM.

Odi maxime Cæsar insolentes
Quosdam, nemo nouus quibus poëta
Quamuis egregius potest placere.
Non si Mœonio excitatus œstro
Iram dic mihi Diua personaret.
Ac nisi Priami peregit annos
Iam tum edentulus atque semicanus.
Non si cernuus ille claudicarit,
Quicquam proficiet: nec Alpha credent
Ipsum scribere posse non uel unum.
Si sic res habet ô supreme regum,
Vates nemo nec eruditus extat
Præter cœliacos & herniosos.

Λουκιλλίου.

Οὐδένος ἐνθάδε νῦν τεθνηκότος ὦ παροδῖτα,

μάρκος

Μάρκος ὁ ποιητὴς ᾠκοδόμησε τάφον.
καὶ γράψας ἐπίγραμμα μονόστιχον, ὧδ᾽ ἐχάρα·
κλαύσατε δωδεκέτη Μάξιμον ἐξ ἐφέσου. (ξε,
οὐδὲ γὰρ εἶδον ἐγώ τινα Μάξιμον· εἰς δ᾽ ἐπίδειξιν
ποιητοῦ, κλαίειν τοῖς παροῦσι λέγει.

S.

Quisquis es hinc transi, ne expectes uana uiator,
Nam uacuum Marcus hic posuit tumulum.
Inscripsitq́; etiam uersum tantum insuper unum,
Lugete ah iacet hic Maximus ex Epheso.
Maximum ego nullum noui, sed se esse poëtam
Vt monstret, cunctis talia ait populis.

Ἀράτου.

Αἰάζω Διότιμον, ὃς ἐν πέτραισι κάθηται,
γαργαρέων παισὶν βῆτα καὶ ἄλφα λέγων.

S.

O Diotime *miser, qui in petris nocte dieq́;,*
Gargareos pueros alphaq́; beta doces.

ΕΙΣ ΠΛΟΙΑ.

Λουκιλλίου.

Οἱ τοῖχοι Διόφαντε, τὰ κύματα πάντα δέχονται,
καὶ διὰ τῶν θυρίδων ὠκεανὸς φέρεται.
δελφίνων δ᾽ ἀγέλαι, καὶ νηρέος ἀγλαὰ τέκνα,
ἐν τῷ πλοίῳ σουνηχόμενα βλέπεται.
ἂν δ᾽ ἀναμείνωμεν, τάχα πλεύσει καί τις ἐν ἡμῖν
οὐδὲ γάρ ἐστιν ὕδωρ οὐκ ἔτι τῷ πελάγει.

[illegible]S.

En paries Diophante tuus quæ flumina monstret,
Oceanum totum parua fenestra capit.
Delphinum turmæ, Tritones, Nerea proles
Omnis, nauiculam cernitur ante tuam.
Cedamus, ne aqua forte breui quoq; corripiat nos
Sub pedibus crescens, deficiens pelago.

Ἀντιπάτρου Θετταλοῦ.

Εἶχε Φίλων λέμβον σωτήριχον, ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ,
σωθεῖν οὐδὲ Ζεὺς αὐτὸς ἴσως δύναται.
οὔνομα γὰρ μόνον ἦν σωτήριχος, οἱ δ' ἐπιβάντες,
ἔπλεον ἢ παρὰ γῆν, ἢ παρὰ φερσεφόνην.

LVSCINIVS.

Est tibi cymba Philon, Sotirichon, omnia seruans,
Seruari in qua nec Iuppiter ipse queat.
Blanditur nomen, sed deijcit illico nantes,
Hic littus petit, hic uadit ad Elysios.

ΕΙΣ ΠΟΛΥΤΕΧΝΕΙΣ.

Παλλαδᾶ.

Τέκνον ἀναιδείης, ἀμαθέστατε, θρέμμα μορίης,
εἰπὲ τί βρενθύῃ, μηδὲν ἐπιστάμενος. (νος
ἐν μὲν γραμματικοῖς, ὁ πλατωνικός. ἂν δὲ Πλάτω
δόγματά τις ζητῇ, γραμματικὸς σὺ πάλιν.
ἐξ ἑτέρου φεύγεις ἐπὶ θάτερον. οὔτε δὲ τέχνην
οἶσθα γραμματικήν, οὔτε πλατωνικὸς εἶ.
πάντα μὲν οἶδα λέγεις. ἀτελὴς δ' ἐν πᾶσιν ὑπάρ
(χεις

γινόμενος πάντων, οὐδὲν ἔχεις ἴδιον.

C. V-R-S. V-E-L-L-V-S.

O cui stultitia est altrix, audacia mater,
Dic mihi cunctorum nescius, unde tumes?
Inter Grammaticos conare Platonicus eße,
Gramaticumq; inter scita Platonis agis.
Inq; aliud fugis ex alio, nec dia Platonis
Dogmata, grammatices nec documenta tenens.
Omnia nosse tamen te dicis, egenus ubiq;,
Cui nil gustatis omnibus est reliquum.

LVSCINIVS.

Frons perfricta tibi mater fuit, ubera præbet
Stultitia, ut cristas erigis ardelio?
Inter grammaticos indocte Platonicus, & mox
Hunc prope, præfractus dicere grammaticus.
Sic fugis hinc aliò, nec dogmata dia Platonis
Mente tenes, artem nec puto grammaticam.
Cuncta tamen scio dicis, & omnia, prorsus inanis
Degustans, uere nil facis ipse tuum.

ΕΙΣ ΠΟΝΗΡΟΥΣ.

Εἴη σοι κατὰ γῆς κούφη κόνις οἰκτρὲ Νέαρχε,
ὄφρα σε ῥηϊδίως ἐξερύσωσι κύνες.

MARTIALIS.

Sit tibi terra leuis, molliq; tegaris arena,
Ne tua non poßint eruere ossa canes.

ALCIATVS.

Sit tibi terra leuis, non ut uir sæue quiescas.

Sed facile effodiant, ut tua membra canes.

[illegible]

Te puluis tegat exiguus post fata Nearche,
Vt facile effodiant, turba molesta, canes.

Τοῦ αὐτοῦ.

Θᾶττον ποιήσει μέλι κάνθαρος, ἢ γάλα κώνωψ,
ἢ σὺ τί ποιήσεις, σκορπίος ὢν, ἀγαθόν.
οὔτε γὰρ αὐτὸς ἑκὼν τ[illegible], οὔτ᾽ ἄλλον ἀφίης,
ὡς ἀστὴρ κρονικὸς πᾶσιν ἀπεχθόμενος.

[illegible]S.

Ante culex mihi lac, Scarabeus mella parabit,
Quàm tu quid facias, Scorpius ipse, boni.
Esse malum satis est nec te, simul inficis omnes,
Saturni mundo sidere tu grauior.

[illegible]VS.

Lacte culex, & melle prius Scarabeus abundet,
Quàm facias, meritò quod quis amare queat.
Laude nihil dignum facis, & tamen omnibus obstas
Sidere Saturni plus metuende nequam.

Αμμιανοῦ.

Μασταύρων ἀφελὼν δύο γράμματα Μάρκε τὰ πρῶτα,
ἄξιος εἶ πολλῶν τῶν ὑπολειπομένων.

MORVS.

Mastauron elementa tibi duo subtrahe prima,
Nemo te reliquis dignior esse potest.

LVSCINIVS.

Mastauron elementa duo si Marce priora
Sustuleris,

Sustuleris, reliquis tum mihi dignus eris.

Δημοδόκου.

Καππαδόκην ποτ᾽ ἔχιδνα κακὴ δάκεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ
κάτθανε, γευσαμένη αἵματος ἰοβόλου.

MORVS.

Vipera Cappadocen mordēs mala, protinus hausto
Tabifico perijt sanguine Cappadocis

[illegible]

Cappadocem morsu confecit uipera, at ipsa est
Mortua gustato sanguine pestifero.

Τοῦ αὐτοῦ.

Καὶ τόδε Δημοδόκου, Χῖοι κακοί. οὐχ ὁ μὲν, ὃς δ᾽ οὔ·
πάντες, πλὴν Προκλέους. καὶ Προκλέης δὲ Χῖος.

[illegible]

Demodocus, Chij praui omnes, inquit, ad unum
Proclem, quem si etiam dispares, at Chius est.

Αμμιανοῦ.

Μητέρα τὶς, πατέρ᾽ ἄλλος ἀπέκτανεν, ἄλλος ἀδελφόν
Πολλιανὸς τοὺς τρεῖς, πρῶτος ἀπ᾽ Οἰδίποδος.

[illegible]S.

Matrem hic, patrem alius, fratrem sed tertius aufert.
Omnes tres Pollux, primus ab Oedipode.

Αντιόχου.

Ψυχὴν μὲν γράψαι, χαλεπόν. μορφὴν δὲ χαράξαι
ῥάδιον. ἀλλ᾽ ἐπὶ σοὶ τοὔμπαλιν ἀμφότερα.
τῆς μὲν γὰρ ψυχῆς τὸ διάστροφον ἔξω ἄγουσα
ἐν τοῖς φαινομένοις ἡ φύσις εἰργάσατο.

τῆς δ' ἐπὶ τῆς μορφῆς θόρυβον, καὶ σώματος ὕβριν,
πῶς ἄν τις γράψῃ, μηδ' ἐσιδεῖν ἐθέλων;

MORVS.

Pingere difficile est animum, depingere corpus,
Hoc facile est, in te sunt tamen ambo secus.
Nam prauos animi mores natura reuelans,
Fecit ut emineant undique perspicui.
Sed formæ portenta tuæ deformia membra
Quis pingat? quando hæc cernere nemo uelit?

ΕΙΣ ΠΟΡΔΗΝ.

Νικάρχου.

Πορδὴ ἀποκτείνει πολλοὺς, ἀδιέξοδος οὖσα,
πορδὴ καὶ σώζει τραυλὸν ἱεῖσα μέλος.
οὐκοῦν εἰ σώζει, καὶ ἀποκτείνει πάλι πορδή,
τοῖς βασιλεῦσιν ἴσην πορδὴ ἔχει δύναμιν.

MORVS.

Te crepitus perdit, nimium si uentre retentes.
Te propere emissus seruat item crepitus.
Si crepitus seruare potest & perdere, nunquid
Terrificis crepitus regibus æqua potest?

IANVS LASCARIS.

Interimit crepitus uentris detentus in aluo:
Et seruat, blæsum dum canit ille melos.
Ergo si perimit crepitus, seruatq; canendo:
Regibus imperium par habet hic crepitus.

ALCIATVS.

Si crepitum teneas, ægro tibi proxima mors est:

Sin mittas, ualido corpore sospes eris.
Pollet idem crepitus quod rex, & fortius ullum
Quàm uitæ atq; necis ius neque Cæsar habet.

ΕΙΣ ΠΑΡΟΡΙΣΤΑΣ.

Ἀμμιανοῦ.

Κἂν μέχρις ἡρακλέους στηλῶν ἔλθῃς προορίζων,
γῆς μέρος ἀνθρώποις πᾶσιν ἴσον σε μένει.
κείσῃ δ᾽ Ἴρῳ ὅμοιος, ἔχων ὀβολοῦ πλέον οὐδὲν,
εἰς τὴν οὐκ ἔτι σὴν γῆν ἀναλυόμενος.

MORVS.

Victor ad Herculeas penetres licet usq; columnas,
Te terræ cum alijs pars manet æqua tamen.
Iro par moriere, obolo non ditior uno,
Et tua te (sed non iam tua) soluet humus.

[illegible]S.

Quamuis ad Herculeas tendant tua iura columnas,
Te capiet terræ portio parua tamen.
Nanque iacebis humi misero infœlicior Iro
In terram uersus non modo, ut ante, tuam.

ΕΙΣ ΡΗΤΟΡΑΣ.

Λουκιλλίου.

Χοιρίδιον, καὶ βοῦν ἀπολώλεκα, καὶ μίαν αἶγα,
ὧν χάριν εἴληφας μισθάριον Μενέκλεις.
οὔτε δέ μοι κοινόν τι πρὸς Ὀθρυάδαν γεγένηται,
οὔτ᾽ ἀπάγω κλέπτας τοὺς ἀπὸ Θερμοπυλῶν.
ἀλλὰ πρὸς Εὐτυχίδην ἔχομεν κρίσιν, ὥστε τί

ἐνθάδε μοι ξέρξης, καὶ λακεδαιμόνιοι;
πλὴν κἀμοῦ μνήσθητι νόμου χάριν. ἢ μέγα κράξω
ἄλλα λέγει Μενεκλῆς, ἄλλα τὸ χοιρίδιον.

Succula, bos, & capra, mihi periere Menecles,
Ac merces horum nomine, pensa tibi est,
Nec mihi cum Othriade quicquā est'ue fuit'ue negoci,
Nec fures ullos huc cito Thermopylis,
Sed contra Eutychidē nobis lis, proinde quid hic mi,
Aut Xerxes facit, aut quid Lacedæmonij?
Ob pactum & de me loquere, aut clamauero clare,
Multo aliud dicit sus, aliud Menecles.

MARTIALIS.

Non de ui, neq; cæde, nec ueneno . . . .
Sed lis est mihi de tribus capellis,
Vicini queror has abesse furto,
Hoc iudex sibi postulat probari,
Tu Cannas, Mithrydaticumq; bellum,
Et periuria Punici furoris,
Et Syllas, Mariosq; Mutiosq;,
Magna uoce sonas, manuq; tota.
Iam dic Posthume de tribus capellis.

Αδηλον.

Εἰκὼν ἡ σέξτου μελετᾷ, σέξτος δὲ σιωπᾷ.
ῥήτωρ ἦν εἰκών. ὁ δὲ ῥήτωρ εἰκόνος εἰκών.

MORVS.

Ipse tacet Sextus, Sexti meditatur imago,
Ipsa est rhetor imago, ab imagine rhetor imago est.

LVSCINIVS.

Ecce silet rhetor Sextus, meditatur imago,
Recte, tum statuæ statua est, sine pectore rhetor.

AVSONIVS.

Ore pulchro, & ore muto scire uis qui sim? uolo:
Imago Rufi rhetoris Pictauici.
Diceret sed ille uellem rhetor hoc mi: non potest.
Cur? ipse rhetor est imago imaginis.

IDEM.

Rhetoris hic Rufi statua est si saxea, Rufus:
Cur id ais? semper saxeus ipse fuit.

IDEM.

Rhetoris hæc Rufi statua est, nil uerius ipsa,
Ipsa adeò linguam non habet & cerebrum.
Et riget, & surda est, & non uidet, omnia Rufi,
Vnum dissimile est, mollior ille fuit.

IDEM.

Hæc Rufi tabula est: nil uerius, ipse ubi Rufus?
In cathedra, quid agit? hoc quod & in tabula.

Ἀββιανοῦ.

Ἑπτὰ σολοικισμοὺς Φλάκκῳ τῷ ῥήτορι δῶρον
πέμψας, ἀντέλαβον πεντάκι διακοσίους.
καὶ νῦν μὲν φησιν τούτους ἀριθμῷ σοι ἔπεμψα·
τοῦ λοιποῦ δ' ἢ μέτρῳ, πρὸς κύπρον ἐρχόμενος.

MORVS.

Quinque solœcismis donaui rhetora Phlaccum,
Quinque statim decies reddidit ille mihi.
Nunc numero hos, inquit, paucos contentus habeto,
Mensura accipies quando redibo Cypro.

Λουκιλλίου.

Μὴ δὲ λαλῶν πρώην ἐσολοίκισε φλάκκος ὁ ῥήτωρ
καὶ μέλλων χαίνειν, εὐθὺς ἐβαρβάρισε.
καὶ τῇ χειρὶ τὰ λοιπὰ σολοικίζει διανεύων,
κἀγὼ δ' αὐτὸν ἰδὼν, τὸ στόμα μου δέδεται.

~~[illegible]S.~~

Ipse solœcissat Rhetor, fuit antea mutus
Phlaccus, hiat quoties barbara cuncta sonat.
Atq; solœcismos manibus quàm plurima signans
Efficit, hunc uidi ut linguaq; uincta mihi est.

Αμμιανοῦ.

Ῥήτορα πρὸς Διόδωρον ἀνὴρ δείλαιος ἀπελθὼν,
ἤρετό μιν τοίης ἀμφὶ δικασπολίης.
ἡμετέρη θεράπαινα, φύγεν ποτέ. τὴν δέ τις εὑ-
. ἄλλος ἑὴν τ' εἶναι λάθριν ἐπισάμενος. (ρὼν,
ζεῦξεν ἑῷ θεράποντι. τέκεν δ' ὑπὸ παῖδας ἐκείνῳ,
καὶ τίν' ἰδοῦ δεύθην εἰσὶ δικαιότεροι;
ὃς δ' ὅτε μερμήριξε, καὶ ἔδρακε βίβλον ἑκάστην,
εἶπεν ἐπιστρέψας γυρὸν ἐπισκύνιον.
ἢ σοὶ, ἢ τῷ ἑλόντι τὴν θεράπαιναν, ἀνάγκη
δουλεύειν κείνους, ὧν χάριν ἐξερέεις.

δίζεο

δίζεο δ᾽ εὐμενέοντα δικασπόλον. αἶψα δ᾽ ἀπίστου
ψῦφον ἀρειοτέρην, εἴγε δίκαια λέγεις.

ALCIATVS.

Rhetora uir quondam pauper Diodoron adiuit,
Sciret ut hac ſpecie quid ſibi iura uelint.
Serua mihi aufugit, captam quam repperit olim
Neſcio quis, famulam conſcius eſſe meam.
Atq; ſuo iunxit ſeruo, quæ fœta puellas
Edidit, an'ne mei pignora iuris erunt?
Ille anceps, raptus per multa uolumina, tandem
Suſtulit hac uetulum uoce ſupercilium.
Hos opus eſt uernas tibi uel ſeruire, uel illi
Qui tenet ancillam non ſine fraude tuam.
Sed tibi fac iudex ſit amicus, dummodo iuſtam
Cauſſam habeas, punctum protinus omne feres.

Τοῦ αὐτοῦ.

Θαυμάζειν μοι ἔπεισιν ὅπως Βύτος ἐστὶ σοφιστής,
μήτε λόγον κοινόν, μήτε λογισμὸν ἔχων.

[illegible]VS.

Nomine quo tandem miror Bytus ille ſophiſta eſt,
Communi ſenſu, & qui ratione caret.

Τοῦ αὐτοῦ.

Θᾶττον ἔην λευκοὺς κόρακας, πτηνάς τε χελώ(νας
εὑρεῖν, ἢ δόκιμον ῥήτορα καππαδόκην.

[illegible]S.

Et teſtudo uolans, coruusq; uidebitur albus,

Non iustum cernes rhetora Cappadocen.

ΑΜΜΙΑΝΟΥ.

Αὐτὸν ὁρῶ σε Μέδων τὸν ῥήτορα. φεῦ, τί δὲ θαῦμα;
ἑστάμενος σιγᾷς; οὐδὲν ὁμοιότερον.

LVSCINIVS.

Picte Medon rhetor similis tibi cerneris, an non?
Mutus eras, poterit nil simile esse magis.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ῥήτορος ἁ δ' εἰκών. ὁ δ' ῥήτωρ, ῥήτορος εἰκών.
καὶ πῶς; οὐ λαλέει, οὐδὲν ὁμοιότερον.

LVSCINIVS.

Rhetoris est statua, & iam rhetor rhetoris Icon.
Cur ita? si taceat nil simile huic magis est.

ΣΥΜΠΟΤΙΚΑ ΑΣΤΕΙΣΜΑΤΑ.

Ἀδέσποτον.

Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους λιθίναις στήλαισι χαρίζου,
μὴ δὲ τὸ πῦρ φλέξῃς. εἰς κενὸν ἡ δαπάνη.
ζῶντί μοι εἴ τι θέλεις, χάρισαι, τέφρην δὲ μεθύσκων
πηλὸν ποιήσεις, κοὐχ ὁ θανὼν πίεται.

MORVS.

Serta, unguenta, meo ne gratificare sepulchro:
Vina, focus, lapidi sumptus inanis erit.
Hæc mihi da uiuo, cineres miscere falerno,
Nempe lutum facere est, non dare uina mihi.

Λεωνίδου.

Μὴ πύλη μοι μετὰ δόρπον ὅτ' οὐκέτι γαστέρα πηλοῦ (θω,
οὖθαῖα

οὔθατα, καὶ χοίρων ἄρτι τιθὴν μάχη.
οὐ γὰρ ἐργοπόνοισι μετὰ στάχυν ὄμβρος ἄκαιρος
χρήσιμος, οὐ ναύταις ἐν λιμένι ζέφυρος.

C. VRS. VELIVS.

Nec quum fastidit, post sumpta cibaria, uenter
Vbera cum fartis pone suilla mihi.
Nanq; nec agricolis post messem commodat imber,
Nec Zephyrus nautas in statione iuuat.

Στράτωνος.

καὶ πίνε, καὶ τέρπου Δημόκρατες. οὐ γὰρ ἐς αἰεὶ
πιόμεθ', οὐδ' αἰεὶ τέρψιος ἑξόμεθα.
καὶ στεφάνοις κεφαλὰς πυκασώμεθα, καὶ μυρίσωμεν
αὐτοὺς, πρὶν τύμβοις ταῦτα φέρειν ἑτέρους.
νῦν ἐν ἐμοὶ πιέτω μέθυ τὸ πλέον ὀστέα τἀμά.
νεκρὰ δὲ Δευκαλίων αὐτὰ κατακλυσάτω.

GERARD. BVCOLD.

Sis lætus, bibe Democrates, nam tempora nobis
Pocula non semper delitiasq; dabunt.
Cingamusq; caput sertis, ungamus & ante
Corpora, quàm tumulo condat amara dies.
Nunc mea dum uiuo plus uini uiscera sumant,
Mortua Deucalion uendicet ossa sibi.

Ἀντιπάτρου.

Οὔ μοι πληϊάδων φοβερὴ δύσις, οὐδὲ θαλάσσης
ὀρνυμένης στυφελῷ κῦμα περὶ σκοπέλῳ,
οὐδ' ὅταν ἀστράπτῃ μέγας οὐρανὸς, ὡς κακὸν ἄνδρα

ταρβῶ, καὶ μύθων μνήμονας ὑδροπότας.

[illegible]s.

Pleïadum occasum, sæuas pelagiq; procellas,
Fluctibus excelsos quæ superant scopulos,
Et Iouis immensi fulmen non horreo, quantum
Potorem memorem, qui quoque potet aquam.

GERARD. BVCOLD.

Haud ita Pleïadum occasus mihi terror, & altæ
Fluctus aquæ circum spumea saxa fremens.
Aethere nec toto metuendum fulgur, ut omnis
Potor aquæ dicti qui memor esse solet.

Αδέσποτον.

Ηθελον ἂν πλουτεῖν, ὡς πλούσιος ἦν ποτε Κροῖσος
καὶ βασιλεὺς εἶναι τῆς μεγάλης Ασίης.
ἀλλ' ὅταν ἐμβλέψω Νικάνορα τὸν σοροπηγόν,
καὶ γνῶ πρὸς τί ποιεῖ ταῦτα τὰ γλωσσόκομα,
ἀκτὴν που πάσας, καὶ ταῖς κοτύλαις ὑπερέξας,
τὴν Ασίαν πωλῶ πρὸς μύρα, καὶ στεφάνους.

[illegible]s.

Diuitias cupij quondam amplas sicut habebat
Crœsus, & hinc magnæ rex uolui esse Asiæ.
Ipse polinctorem uideo Nicanora postquam,
Ex ligno capsas dein scio quur faciat,
Viuo cibos uarians & splendida pocula Bacchi
Vngenta & casiam sumo, sinoq; Asiam.

Παλλαδᾶ.

Γηραλέον με γυναῖκες ἀποσκώπτουσι, λέγουσαι
εἰς τὸ κάτοπτρον ὁρᾶν λείψανον ἡλικίης.
ἀλλ' ἐγὼ εἰ λευκὰς φορέω τρίχας, εἴτε μελαίνας,
οὐκ ἀλέγω, βιότου πρὸς τέλος ἐρχόμενος.
εὐόδμοις δὲ μύροισι, καὶ εὐπετάλοις στεφάνοισι
τῷ βρομίῳ παύω φροντίδας ἀργαλέας.

[illegible]

Illudat cano liceat lasciua puella,
Aetatem mandans quærere per speculum.
Albos ipse feram nil curo nigros'ue capillos,
Ad finem uitæ quum properans uenio.
Vngenta at redolens, casia quoq; tempora uinctus
Pellere cum Baccho tristia cuncta uolo.

Αὐτομέδοντος Κυζικηνοῦ.

Ἄνθρωποι δείλης, ὅτ' ἐπίνομεν· ἢν δὲ γένηται
ὄρθρος, ἐπ' ἀλλήλους θῆρες ἐγειρόμεθα.

MORVS.

Vespere quum bibimus homines sumus, atq; benigni.
Mane homini siccus trux fera surgit homo.

[illegible]

Est homo blandum animal, ubi sero pocula sumpsit,
Non differt trucibus manè sed ille feris.

Ανακρέοντος.

Οὔ μοι μέλει Γύγαο

τοῦ Σαρδίων ἄνακτος,
οὔθ' αἱρεῖ με χρυσός,
οὐδὲ φθονῶ τυράννοις,
ἐμοὶ μέλει μύροισι
καταβρέχειν ὑπήνην,
ἐμοὶ μέλει ῥόδοισι
καταστέφειν κάρηνα.
τὸ σήμερον μέλει μοι,
τὸ δ' αὔριον τίς οἶδε,
τὸν ἄργυρον τορεύσας
Ἥφαιστέ μοι ποίησον,
ποτήριον δὲ κοῖλον
ὅσον δύνῃ βάθυνον.
ποίει δέ μοι κατ' αὐτοῦ,
μήδ' ἄστρα, μήδ' ἁμάξας,
μὴ στυγνὸν ὠρίωνα,
ἀλλ' ἀμπέλους χλοώσας,
καὶ βότρυας γελῶντας
σὺν τῷ καλῷ Λυαίῳ.

MORVS.

Non est curæ mihi Gygis,
Qui rex Sardibus imperat.
Aurum non ego persequor,
Reges non miser æmulor.
Curæ est, barba suauibus
Vnguentis mihi perfluat.

Curæ est ut redolentibus
Cingam tempora floribus.
Curæ sunt hodierna mi,
Nam quis crastina nouerit?
Tornato bene Mulciber
Argento mihi poculum,
Iam nunc effice concauum,
Et quantum potes imbibum,
Et fac illud ut ambiant
Non currus, neque sydera,
Orion neque flebilis.
Vites fac uirides mihi.
Botri fac mihi rideant
Pulchro cum Dionysio.

INCERTO INTERPRETE.

Non cura magnificentum
Me principum lacessit,
Nec æmulor tyrannos,
Nec me retentat aurum.
Sed hoc die curabo
Perfundier nitentes
Comas odoribusq́;
Sertis roseis corona-
Ri tempora, crastinum sed
Quis nouerit probe, quin
Vulcane poculum fac

Amplum quidem & profundum
Quantum potes, nec intra
Currum nec astra quæq;,
Nec Oriona cude
Hunc terribilem, at uirentes
Vitesq; racemulos cum
Dulci mero, ridentes.

LABERIVS.

Non mi cupio aurum, non diuites diuitias,
Non sceptra curo minitantium principum.
Nil ad me triumphantes cum decoris fascibus,
Nil instructæ acies armis præfulgentibus.
Mihi est uiuendum teneris in amoribus.
Mi sunt deliciæ, & suaueolentia suauia.
Viuamus hodie, uiuamus dum licet,
Lætiq; carpamus quicquid id est boni.
Libet nunc crines liquidis perfundere odoribus,
Interq; iocos agere & lepidas Veneres.
Quin tu age Vulcane potens, Mulciber ignee,
Excude mi amplum, insigne argenteum cymbium.
Inq; eo non mi astra, non bootem, non pleïadas,
Non Martem ferreum, non cruenta prælia.
Quid cum sideribus, cum Marte, cum bellis mihi?
Sed intus cude Bromium uino madidum,
Vitesq; molleis, & frondentes palmites,
Racemosq;, & fluentes uirides hederas,

Amoremq;

Amoremq; spirantem colores undique.

ALCIATVS.

Haud curo Gygis aurum
Sardin regentis olim,
Opes nec opto magnas,
Neque inuideo Tyrannis.
Curæ mihi est oliuo
Linere Syro capillum,
Curæ mihi rosis est
Nexis caput ligare.
In hoc die ipse curo
Cras nosse quis ne possit?
Tornans faber metallum,
Vulcane cude nobis
Non militantis arma.
Quid enim Gradiuus ad me?
Sed concauum cadiscum
Quantum potes profundum
Mihi face, atq; in ipso,
Non astra, non quadrigas,
Orionem'ue durum,
Vites sed & comatas
Et ebrios racemos
Fac, cum leui Lyæo
Amoreq; profundo.

Παλλαδᾶ.

Δὸς πιέειν, ἵνα Βάκχος ἀποσκεδάσει μερίμνας
 ἐγγυμένας καθαραῖς εὐυάλοις φιάλαις.

GERAR. BVCOLD.

Da potum, ut curas animo dispellat Iacchus
 Multiplices, puro (quæ nocuere) mero.

Μακεδονίου.

Ἤθελον οὐ χρυσόν τι, καὶ ἄστεα μυρία γαίης,
 οὐδ' ὅσα τὰς Θήβας, εἶπεν Ὅμηρος, ἔχειν.
ἀλλ' ἵνα μοι τροχόεσσα κύλιξ βλύσσειε Λυαίῳ,
 χείλεος ἀενάῳ νάματι λουομένου.
καὶ γεραρῶν συνέπινε φίλων χορός. οἱ δὲ πονηροὶ
 ἀνέρες ἐργατίναι, κάμνον ἐφ' ἡμερίσιν.
οὗτος ἐμοὶ πολὺς ὄλβος, ἀεὶ φίλος. οὐδ' ἀλεγίζω
 τῶν χρυσέων ὑπάτων, τὴν φιάλην κατέχων.

GERAR. BVCOLD.

Non aurum optaui, non oppida plurima terræ,
 Non quas Thebarum dixit Homerus opes,
Sed mihi ut orbiculata Lyæo pocula spument,
 Vdaq́; perpetuo labra liquore fluant.
Turba senum ueneranda bibant sua uina sedendo,
 Dum uineta colant rustica turba sua.
Iamdudum hæc mihi uisa est uita potissima, reges
 Non moror auratos, pocula plena tenens.

Τοῦ αὐτοῦ.

Χθιζόν ἐμοὶ νοσέοντι παρίστατο δήϊος ἀνὴρ
 ἰητρός,

ἰηξὸς, δὴ πάωρ νέκταρ ἀπεπάμϑνος.
εἶπε δ' ὕδωρ πίνειν ἀνεμώλιος, οὐδ' ἐδιδάχθη
ὅττι μῦνος μερόπων οἶνον Ομηρος ἔφη.

C. VRS. VELIVS.

Visit heri inclemens ægrum, uetuitq; Lyæi
Sumere nectareum uir medicus laticem.
Vanus ad hæc lymphis, ait utere, nescius hic, quod
Vina hominum instaurant robur, Homerus ait.

[illegible] S.

Astitit ægroto medicus mihi nuper iniquus,
Me uitare meri pocula plena uolens.
Scilicet edoctus necdum fuit illud Homeri,
Qui scribit Baccho robur inesse suum.

N. CANNIVS.

Venit ad ægrotum medicus me nuper iniquus,
Qui tua ne gustem munera Bacche uetat.
Atq; ait, utere aquis, tua nescius addere dona
Corporibus robur firmum, ut Homerus ait.

Αδηλον.

Ωκύμορον με λέγουσι δαήμονες ἀνέρες ἄστρων,
εἰμὶ μὲν, ἀλλ' οὔ μοι τοῦτο Σέλευκε μέλει.
εἰς ἀΐδην πάντεσσι καταίβασις. εἰ δὲ τάχιον
ἡμετέρη, Μίνω θᾶσσον ἐποψόμεθα.
πίνωμεν. καὶ γὰρ δὴ ἐτήτυμον εἰς ὁδὸν ἵππος
οἶνος, ἐπεὶ πεζοῖς ἀτραπὸς εἰς ἀΐδην.

[illegible]S.

Me breuis esse ferunt uitæ, qui sidera norunt.

Sed curæ non sunt ista Seleuce mihi.
Fata manent omneis certò. Minoia regna
Aspiciam primus lumine cassus ego.
Quo dum non liceat pedibus pertingere, Vina
Nunc potemus, Equi Bachus eritq; loco.

N. CANNIVS.

Me cita fata manent, ut dicunt sidera docti.
Est ita, curo tamen ista Seleuce parum.
Cuncta ferox Libitina rapit, sed si citius me
Tollat, Minoa conspiciam citius.
Quò pedes (haud aliter potero) quia cogar abire,
Vina bibamus, equi mi uice Bacchus erit.

Ἄδηλον.

πέντε θανὼν κείσῃ κατέχων πόδας. οὐδὲ τὰ τερ-
ζωῆς, οὐδ' αὐγὰς ὄψεαι ἠελίου. (πνὰ
ὥστε λαβὼν Βάκχου ζωρὸν δέπας, ἕλκε γεγηθὼς
κίγκιε, καλλίστην ἀγκὰς ἔχων ἄλοχον.
εἰ δέ σοι ἀθάνατος σοφίης νόος, ἴσθι Κλεάνθης,
καὶ Ζήνων, ἀΐδην τὸν βαθὺν ὡς ἔμολον.

C. VRS. VELIVS.

Quinque pedes spacium post fata cadauer habebis
Lucis inops, uitæ delicijsq; carens.
Sume igitur Bacchi mera pocula lætus & inter
Formosæ uxoris brachia Quinte bibas.
Si tamen æternæ est sophiæ mens gnara, Cleanthē &
Zenona ad stygium noueris esse forum.

Αδήλου.

Η πτωχῶν χαρίεσσα πανοπλίη ἄρτ' λάγυνος
  αὕτη, καὶ δροσερῶν ἐκ πετάλων στέφανος.
καὶ τοῦτο φθιμένοιο προάστιον ἱερὸν ὀστεῦν,
  ἐγκεφάλου ψυχῆς φρούριον ἀκρότατον,
πῖνε λέγει τὸ γλύμμα, καὶ ἔσθιε, καὶ περίκεισο
  ἄνθεα. τοιοῦτοι γιγνόμεθ' ἐξαπίνης.

IDEM.

Pauperis hæc grata est, cum pane, lagena supellex
  Et quæ roranti fronde corona madet.
Hæc quoq; summa animæ sedes, tutela cerebri
  Extima defuncti calua retecta uiri.
Hæc nos sculpta monent cœna, bibe, sume corollas.
  Tales supremo simus ab interitu.

Αδήλου.

Δός μοι τοὐκ γαίης πεπρυκμένον ἀδὺ κύπελλον
  ἃς γενόμαν καὶ ὑφ' ᾇ κείσομ' ἀποφθίμενος.

MORVS.

E terra genitus, sub terram morte recondar.
  Ergo lagena mihi terrea plena ueni.

C. VRS. VELIVS.

Fictile uas terra factum mihi dulce ministra,
  Qua genitus, rursum post mea fata tegar.

~~[illegible]~~.

Pocula da uini, Tellus quod protulit alma,
  Quæ genuit, quæ me condet amica sinu.

Αδήλου.

Βάκχου μέτρον ἄριστον, ὃ μὴ πολὺ, μήδ' ἐλάχιστον.

ἔστι γὰρ ἢ λύπης αἴτιος, ἢ μανίης. (τος.
χαίρει κιρνάμενος τρισὶ νύμφαις τέτρατος αὐ-
τῆμος καὶ θαλάμοις ἐστὶν ἑτοιμότατος.
εἰ δὲ πολὺς πνεύσειεν, ἀπέστραπται μὲν ἔρωτας.
βαπτίζει δ' ὕπνῳ γείτονι τοῦ θανάτου.

C. VRS. VELIVS.

Sumere nec nimium, Bacchi ualet optimus usus,
Nec minimum: hinc mœror, prouenit inde furor.
Quartus & ipse tribus nymphis miscerier optat,
Tunc quoq; sic lecto conuenit ille magis.
Sin nimius spiret, placidos auertit amores,
Mergit & hunc leto proximus ipse sopor.

LVSCINIVS.

Vina nocent, nimium si sumpseris, atq; pusillum,
Sit modus, hinc furor, hinc frons tibi mœsta uenit.
Bacchus amat cyathos uiolentior addere lymphæ
Treis, bene quo somnos prouocat ille leues.
At si plus nimio superet, mox tollit amores,
Atque sopor morti proximus inde uenit.

Ὀνέστου. (χος,
Μούσης νουθεσίην φιλοπαίγμονος εὕρετο Βάκ-
ὦ Σικυών, ἐν σοὶ κῶμον ἄγων χαρίτων.
δὴ γὰρ ἔλεγχον ἔχει γλυκερώτατον, ἔν τε γέλωτι
κέντρον. χὼ μεθύων, ἀστὸν ἐσωφρόνισεν.

GERAR. BVCOLD.

Musarum memores lætarum reddit Iacchus

O Sycio,

O Sycio, qui te grata referre facit.
Quandoquidem leuiter taxat, ridendoq; pungit,
Ebrius & ciuem carpere sæpe solet.

Τοῦ αὐτοῦ.

Αὐτοθελὴς ἥδιστος ἀεὶ πότος. ὃς δέ κ' ἀνάγκῃ,
ὑβριστὴς οἴνῳ τ' ἐστὶ, καὶ οἰνοπότῃ.
τὸν μὲν γὰρ γαίῃ προχέει κρύφα, τὸν δ' ὑπὸ γαίῃ
πολλάκι πρὸς λήθης ἤγαγε πικρὸν ὕδωρ.
πουλυμεθεῖς, χαίροιτε. τὸ δ' ὁππόσον ἡδὺ πιθῆναι
μέτρον, ἐμοὶ πάσης ἄρκιον εὐφροσύνης.

IDEM.

Quem cupis, hic potus iucundus, at ille coactus
Baccho potoriq; unà inimicus erit.
Illum mittit humo tellus, hunc sæpe sub ipsa
Condit, & ad lethes stagna odiosa trahit.
Lurcones ualeant: mihi maxima gaudia sunto,
Omnibus in rebus non superasse modum.

Quantum quisque uelit bibat, & nihil inde coactus,
Potorem pariter nam hoc quoque uina grauat.
Funduntur terræ clàm cunctis ista, bibens sed
Concidit ad lethes sæpeq; missus aquas.
Ebria turba uale, quantum iuuat usq; bibamus,
Mensura hæc uera est credito sobrietas.

ΕΙΣ ΤΟΛΜΗΡΟΥΣ.

παλλαδᾶ.

Μηδεὶς ζητήσῃ μερόπων πέρι καὶ θεὸς εἶναι,

μὴ δ' ἀρχῆς μεγάλης κόμπον ὑπὲρ φίαλον.
γέσσιος αὐτὸς ἔδειξε. κατήχθη γὰρ ἐπαρθεὶς,
θνητῆς εὐτυχίης μηδὲν ἀναχόμενος.
ὦ γένος ἀνθρώπων ἀνεμώλιον, αὐτοχόλωτον,
μέχρι τέλους βιότου μηδὲν ἐπιστάμενον.

Quilibet humana contentus uiuere sorte,
Nec deus, aut titulis auctior esse uelit.
Geßius hoc docuit, quem sors deiecit in imum
Oblata ignarum conditione frui.
O genus humanum nihil est te uanius uno.
Nec nisi morte sapis, quæ properata uenit.

ΕΙΣ ΦΕΙΔΩΛΟΥΣ.

Ἄδηλον.

πλουτεῖν φασί σε πάντες. ἐγὼ δέ σε φημὶ πένεσθαι·
χρῆσις γὰρ πλούτου, μάρτυς Ἀπολλοφάνης.
ἂν μετέχῃς αὐτῶν σὺ, σὰ γίγνεται. ἂν δὲ φυλάττῃς,
κληρονόμοις, ἀπὸ νῦν γίγνεται ἀλλότρια.

MORVS.

Te ditem appellant omnes, ego planè inopem te.
Nam facit usus opes, testis Apollophanes.
Si tu utare tuis, tua fiunt: sin tua serues
Hæredi, tu iam nunc aliena facis.

Ἀντιφάνους.

Τὴ φείζεο κακόδαιμον. ὁ δὲ χρόνος ὥς τόκον, οὐκ
καὶ πλεῖον τίκτει γῆρας ἐπερχόμενον. (τω

κοῦπ

κοὔτε πιὼν, οὔτ᾽ ἄνθος ἐπὶ κροτάφοις ἀναδήσας,
οὐ μύρον, οὐ γλαφυρὸν γνοὺς ἢ μελισμάτιον,
τεθνήξῃ, πλουτοῦσαν ἀφεὶς μεγάλην διαθήκην,
ἐκ πολλῶν ὀβολῶν μοῦνον ἐνεγκάμενος.

[illegible]S.

Tempore crescit usura, dies quoq; tempore crescunt.
Qui te conficient mox (mihi crede) senem.
I nunc, & Bacchum spernas, nec tempora sertis
Cingito, & unguentum neglige parca manus.
Quas modo cernis opes unà cum luce relinques,
Vixq; obolus de tot millibus unus erit.

Πωλιανοῦ. (νεῖζῃς

χαλκὸν ἔχων, πῶς οὐδὲν ἔχεις, μάθε, πάντα δα-
οὕτως οὐδὲν ἔχῃς αὐτὸς, ἵν᾽ ἄλλος ἔχῃ.

LVSCINIVS.

Ampla tibi res est, & habes nil, mutuò quum das
Cuncta, alius habet hæc, ut puto, tuq; nihil.

Νικάνδρου.

Ἐχθὲς ἀπάγχεσθαι μέλλων Δείναρχος ὁ φείδων
γλαῦκε, δι᾽ ἓξ χαλκοὺς δύσμορος οὐκ ἔθανεν.
ἓξ χαλκῶν ἦν γὰρ τὸ σχοινίον, ἀλλ᾽ ἐδυσώνει,
εὔωνον ζητῶν ἄλλον ἴσως θάνατον.
Τοῦτο φιλαργυρίας δεινῆς ὅρος. ὅς γ᾽ ἀποθνήσκων
γλαῦκε, δι᾽ ἓξ χαλκοὺς δύσμορος οὐκ ἔθανεν.

LVSCINIVS.

Dinarchus laqueo uitam finire parabat

Parcus, & in uiuis cogitur esse miser.
Nanq; dolens nummos, pro stricto pendere fune
Sex, mortem sperat posse minoris emi.
Heu nimium duram Dinarchi conditionem.
Dum moritur, nondum mortuus est auidus.

Παλλαδᾶ.

πάντες ἅπαξ τρώγουσιν. ὅταν δὲ τρέφῃ Σαλαμῖνος,
οἴκαδ' ἀριστῶμεν δεύτερον ἐρχόμενοι.

LVSCINIVS.

Singula sunt alijs sua prandia, sed Salaminus
Dum cibat, ex uno sunt mihi nata duo.

~~CORNARIVS.~~

Cœnamus semel hic, nisi quum inuitat Salaminus,
Nam tum curata est altera cœna domi.

Λουκιλλίου.

Εἰ μὲν ζῆς ἐλάφου τανaὸν χρόνον, ἠὲ κορώνης,
συγγνώμη, πλεῖστον πλοῦτον ἀγειρομένῳ,
εἰ δέ τις ἐσσὶ βροτῶν, οὓς αὐτίκα γῆρας ἰάπτει,
μή σέ γ' ἀπειρεσίων οἶστρος ἕλῃ κτεάνων.
μὴ σὺ μὲν ἀτλήτοισιν ἐν ἄλγεσι θυμὸν ὀλέσσῃς,
χρήσωνται δ' ἄλλοι σοῖς ἀγαθοῖς ἀνέδην.

LVSCINIVS.

Cornicem, ceruumq; mihi si lancibus æques
Viuendi paribus, condito tutus opes.
Porrò hominum quisquam, si mox lædare senecta,
Tum ualeat rerum non moderata sitis.

Parce animum curis inuoluere tristibus, alter
Mente ferox, pingues hasce uorabit opes.

Νικάρχου.

Δακρύει Φείδων ὁ φιλάργυρος, οὐχ ὅτι θνήσκει,
ἀλλ' ὅτι πέντε μνῶν τὴν σορὸν ἐπρίατο.
ταῦτ' αὐτῷ χαρίσασθε. καὶ ὡς τόκος ὅσσιν ἐν αὐτῇ,
τῶν πολλῶν τεκνίων ἕν τι προσεμβάλετε.

MORVS.

Chrysalus heu moritur diues, dolet, ingemit, unquam
Nemo magis tristi pectore fata tulit:
Non quoniam ipse perit, cui nil se uilius ipso est,
Sed nummi pereunt quattuor in tumulum.

παλλαδᾶ.

πλοῦτον μὲν πλουτοῦντος ἔχεις, ψυχὴν δὲ πένητος.
ὦ τοῖς κληρονόμοις πλούσιε, σοὶ δὲ πένης.

LILIVS.

Diuitias locupletis habes, animam sed egeni.
Hæredi ô diues, sed tibi solus egens.

MORVS.

Diuitias locupletis habes, inopis tibi mens est,
O miser hæredi diues, inopsq; tibi.

ALCIATVS.

Diuitias opulentis habes, sed pauperis usum,
Hæredi diues, pauper auare tibi.

Αμμιανοῦ.

Ως κοῦπον τεθνκώς, δείπνον παρέθηκεν Απελλῆς.

Defuit haud lachrymas oculis factura sinapis,
Rutaq́;, pauperibus grataq́; beta uiris.
Restabat foeni ut ferrent bellaria, quum me
Proripui, isthæc uos prata uorate boues.

MARTIALIS.

Atreus Cæcilius cucurbitarum
Sic illas quasi filios Thyestæ
In partes lacerat, secatq́; mille.
Gustu protinus has edes in ipso
Has prima feret, altera'ue cœna.
Has cœna tibi tertia reponet,
Hinc seras epidipnidas parabit.
Hinc pistor fatuas facit placentas,
Hinc & multiplices struit tabellas,
Et notas cariotidas theatris,
Hinc exit uarium coco minutal
Vt lentem positam, fabamq́; credas,
Boletos imitatur, & botellos,
Et caudam cibij, breuesq́; mænas
Hinc cellarius experitur artes,
Vt condat uario uafer sapore,
In rutæ folium capelliana.
Sic implet grabatas, paropsidasq́;
Et leues scutulas cauasq́; lances,
Hoc lautum uocat, hoc putat uenustum.
Vnum ponere ferculis tot assem.

Λουκιλλίου. (μων,

Ποιήσας δαπάνην ἐν ὕπνοις ὁ φιλάργυρος Ἑρ-
ἐκ περιωδυνίας αὐτὸν ἀπηγχόνισεν.

LVSCINIVS.

Apparat in somnis cœnam quum sordidus Hermon,
Mox dolor, hinc laqueus abstulit orbe uirum.

Εἰς εἰκόνα Ἀναστασίου βασι-
λέως ἐν τῷ εὐρίπῳ.

Εἰκόνα σοι βασιλεῦ κοσμοφθόρε τήν δε σιδήρου
ἄνθεσαν, ὡς χαλκοῦ πολλὸν ἀτιμοτέρην.
ἀντὶ φόνου, πενίης τ' ὀλοῆς, λιμοῦ τε, καὶ ὀργῆς,
οἷς πάντας φθείρεις ἐκ φιλοχρημοσύνης.

MORVS.

Effigiem statuere tibi rex perditor orbis
Ex ferro, ut longe uilius ære foret.
Hoc fecere fames, cædes, furor æris, egestas,
Hæc tua, quis omnes perdit auaritia.

Λουκιλλίου.

Μῦν Ἀσκληπιάδης ὁ φιλάργυρος εἶδεν ἐν οἴκῳ
καὶ τί ποιεῖς φησιν φίλτατε μῦ παρ' ἐμοί;
ἡδὺ δ' ὁ μῦς γελάσας, μηδὲν φίλε φησὶ φοβηθῇς
οὐχὶ τροφῆς παρὰ σοὶ χρήζομεν, ἀλλὰ μονῆς.

MORVS.

Murem Asclepiades ut apud se uidit auarus,
Mus quid in æde facis, dixit amice mea?
Mus blande arridens, tolle, inquit, amice timorem,
Hic ego non uictum quæro, sed hospitium.

G. LILIVS.

Murem Asclepiades in tecto uidit auarus,
Et quid apud me ô mus, inquit, amice facis?
Mus ridens, inquit, nihil ô uerearis amice,
Non abs te uictum, sed mihi quæro domum.

LVSCINIVS.

Murem Asclepiades quum uidit, dixit auarus,
Chare domi nostræ mus quid amice facis?
Ridens dulce, timor mus absit ait rogo, tecum
Veni quo hic habitem sordide, non ut edam.

ALCIATVS.

Murem Asclepiades ut apud se uidit auarus,
Ecquid ait prope me mus mihi chare facis?
Comiter arridens cui mus, ne me exige dixit,
Hic ego non uitam, quæro sed hospitium.

τοῦ αὐτοῦ. (καις

Θνήσκων Ἑρμοκράτης ὁ φιλάργυρος, ἐν διαθή-
αὐτὸν τῶν ἰδίων ἔγραφε κληρονόμον.
ψηφίζων δ' ἀνέκειτο πόσον δώσει διεγερθεὶς
ἰητροῖς μισθοῦ, καὶ τί νοσῶν δαπανᾷ.
ὡς δ' εὗρε πλείω δραχμὴν μίαν ἢν διασωθῇ,
λυσιτελεῖ θνήσκειν εἶπε, καὶ ἐξετάθη.
κεῖται δ' οὐδὲν ἔχων ὀβολοῦ πλέον. οἱ δὲ τἀκείνου
χρήματα κληρονόμοι ἥρπασαν ἀσπασίως.

ALCIATVS.

Hermocrates moriens tabulas confecerat, æris

Se quibus hæredem scripserat eße sui.
Ast ubi dispunxit medicis pro sospite uita
Quid daret, aut rursus quid libitina ferat,
Comperit & drachmam plus unam impendere uiuos.
Quin pereo potius dixit, & interijt.

Τοῦ αὐτοῦ.

Γεννηθὲν τὸ τέκνον, κατεπόντισεν Αὖλος ὁ κνιπὸς,
ψηφίζων αὐτοῦ σωζομένου δαπάνας.

[illegible]

Immersit pelago natum genitum sibi nuper,
Victuri sumptus computat Aulus ubi.

Τοῦ αὐτοῦ. (λεις.

Εἰ τὸ μὲν ἐκδεδάνεικας, ὃ δ' ἄρτι δίδως, ὃ δὲ μέλ-
οὐδέποτ' εἶ τοῦ σοῦ κύριος ἀργυρίου.

[illegible]

Tradis ad usuram, dederas nuper, dabis inde,
Nunquam æris proprij sic fueris dominus.

Μακεδονίου ὑπάτου.

Φειδωλός τις ἀνὴρ ἀφθόνων θησαυρὸν ὀνείρῳ,
ἤθελ' ἀποθνήσκειν πλούσιον ὕπνον ἔχων.
ὡς δ' ἴδε τὴν προτέρην σκιόεν μετὰ κέρδος ὀνεί
ἐξ ὕπνου πενίην, αὐτικάθευδε πάλιν. (ρου,

[illegible]

Thesaurum in somnis se parcus habere putabat
Et ferè per somnum mortuus hinc fuerat.
At uanum postquam uidet eße id, mente recepta

Gauisus

Gauiſus, rurſus dormijt atq; miſer.

ΕΙΣ ΦΘΟΝΕΡΟΥΣ.

Λουκιλλίου.

Μακροτέρῳ σαυρῷ σαυρούμενον ἄλλον, ἑαυτοῦ
ὁ φθονερὸς Διοφῶν ἐγγὺς ἰδὼν ἐτάκη.

LVSCNIVS.

Pendere ut ſocium Diophon uidet inuidus alto
Ponè magis ligno, de cruce, tabe perit.

ΕΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΣ.

Λουκιλλίου.

Εἶναι μὲν κυνικόν σε Μενέστρατε, κἀνυπόδητον,
καὶ ῥιγοῦν, οὐδεὶς ἀντιλέγει καθόλου.
ἂν δὲ παρασπάζῃς ἄρτους, καὶ κλάσματ᾽ ἀναιδῶς,
κἀγὼ ῥάβδον ἔχω, καὶ σὲ λέγουσι κύνα.

LVSCINIVS.

Sis liceat Cynicus, tibi nemo Meneſtrate nomen
Inuidet horridulo, nudipediq; uiro.
At temere morſu nos lædere, carpere carnes,
Iſta caue, fuſtes experiere canis.

ALCIATVS.

Eſſe quidem Cynicum nudumq; Meneſtrate dicunt.
Teq; gelu penitus nemo rigere negat.
Si uero pueris panes & cruſtula raptes,
Es pædico, canis, aſt ego fuſtem habeo.

Ἀμμιανοῦ.

Οἴει τὸν πώγωνα φρενῶν τικτικὸν εἶναι.

καὶ διὰ τοῦτο τρέφεις φίλτατε μυοσόβην;
κεῖρον ἐμοὶ πεισθεὶς ταχέως, οὗτος γὰρ ὁ πώγων,
φθειρῶν ποιητὴς, οὐχὶ φρενῶν γέγονεν.

Quum barbam credas mentem formare beatam,
Qua muscas possis pellere barba tibi est.
Rade citò barbam, specie deceptus honesta es,
Non mentes, lendes nutriet illa magis.

N. CANNIVS.

Vnde malum, credis mentum quicquã addere mentis
Si adsit qua muscas pellere barba queas?
Crede mihi sapies, si radas, nutriet illa
Mentem nequaquam, quin mage uermiculos.

Credis, quod barba prudentia crescat, eoq;
Quali uel muscas pellere possis, habes.
Rade, mihi credens, syluam, quæ nutriet usq;
Vermiculos, mentem nam dare nulla potest.

Εἰς Θεμίστιον τὸν φιλόσοφον, γενόμενον
ὕπαρχον Κωνσταντινουπόλεως, ἐπὶ
Οὐαλεντιανοῦ, καὶ Οὐάλεντος.

Παλλαδᾶ.

Ἄντυγος οὐρανίης ὑπερήμενος, ἐς πόθον ἦλθες
ἄντυγος ἀργυρέης, αἶσχος ἀπειρέσιον. (ρων.
Ἦσθα κάτω κρείσσων. ἀναβὰς δ' ἐγένου μέγα χεί
δεῦρ' ἀνάβηθι κάτω, νῦν γὰρ ἄνω κατέβης.

BEATVS

BEATVS RHENANVS.

Cœleſtem ſuper axem lato argenteus axis
Perplacet, hæc res eſt uſq; pudenda quidem.
Inferius melior fueras, ſcandens modo peior,
Infera quin ſcandis deſiliens ſuperis.

[illegible]

Cœli axem ſuper elatus, num argentea quæris
Aſtra? nec in terras labier inde pudet?
Deſcendis ſuprema petens, conſcende ſed horſum, ut
Te uideam ſuperos infra adijſſe locos.

τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖ σοφίαν περιποιεῖν,
καὶ τράγος εὐπώγων, εὔσολός ἐστι Πλάτων.

MORVS.

Si promiſſa facit ſapientem barba, quid obſtat
Barbatus poſſit quin caper eſſe Plato?

LVSCINIVS.

Si cui protenſa creſcit ſapientia barba,
Hircus, diſpeream, ni Plato doctus erit.

τοῦ αὐτοῦ.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Cur uos ſoliuagum nomen habere iuuat?

Τοῦ αὐτοῦ.

Τοῦ πωγωνοφόρου κυνικοῦ τοῦ βακτροπροσαίτου,
 εἴδομεν ἐν δείπνῳ τὴν μεγάλην σοφίην.
θέρμων μὲν γὰρ πρῶτον ἀπέχετο, καὶ ῥαφανίδων,
 μὴ δεῖν δουλεύειν γαστρὶ λέγων ἀρετήν.
εὖτε δ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδεν χιονώδεα βολβὸν
 στρυφνὴν, πινυτὸν ἤδη ἔκλεπτε νόον,
ᾔτησεν παρὰ προσδοκίαν, καὶ ἔτρωγεν ἀληθῶς,
 κοὐδὲν ἔφη βολβὸν τὴν ἀρετὴν ἀδικεῖν.

MORVS.

Barbati Cynici, Baculoq; uagantis egeni
In cœna magnam conſpicimus ſophiam.
Scilicet hic raphanis Cynicus primum atq; lupino,
Ne uirtus uentri ſeruiat, abſtinuit.
At niueum poſtquam bulbum conſpexit ocellis,
Iam rigidum & ſapiens excutit ingenium.
Flagitat atq; auide ſpem præter deuorat omnem,
Virtuti bulbus, nil ait officiet.

ALCIATVS. Imitatio.

Antonij Malcus ſucceſſor, & haud minor illo
Seu barbam ſpectes, ſeu rude palliolum.
In cœna atq; adeò in uino, quum nuper adeſſet
Sympoſijs, ſophiæ maxima ſigna dedit.
Nam ueteli abſtinuit ſemeſis partibus hirci,
Virtute infiſta[illegible]

Mox

Mox quum captā marī mustela illāta fuisset,
Præter spem oblitus dogmatis ipse sui
Accepit, uillosa garo simul eluit ora,
Virtuti & piscem dixit obesse nihil.

LVSCINIVS.

Barbati in cœna sophiam pera atq; bacillo
Vtentis Cynici, uidimus ecce palàm.
Abstinuit primum raphanis pater atq; lupino,
Ne uentri uirtus seruiat alma suo.
Mox ubi iam bulbum uidet acrem candidulumq́;,
Peruertit prudens moribus ingenium.
Et petit, & uorat hinc bulbum, nos ludit, & ardens
Virtus haud bulbo læditur, inquit, age.

ΕΙΣ ΧΩΛΟΥΣ.

Παλλαδᾶ.

Χωλὸν ἔχεις τὸν νοῦν, ὡς τὸν πόδα. καὶ γὰρ ἀληθῶς
εἰκόνα τῶν ἐντὸς σὴ φύσις ἐκτὸς ἔχει.

MORVS.

Clauda tibi mens est, ut pes, natura notasq́;
Exterior certas interioris habet.

G. LILIVS.

Tardus es ingenio, ut pedibus, natura etenim dat
Exterius specimen, quod latet interius.

ALCIATVS.

Claudus es, atq; imo tibi mens in pectore clauda est,
Externis profers id quod & intus habes.

Vt pes, sic animus tibi claudicat, indicioq;
Pes fuerit, quali es præditus ingenio.

Τοῦ αὐτοῦ.

υἱὸν ἔχεις τὸν Ἔρωτα, γυναῖκα δὲ τὴν Ἀφροδίτην,
οὐκ ἀδίκως χαλκεῦ, τὸν πόδα χωλὸν ἔχεις.

MARVLLVS.

Et Venus est uxor, & tu claudusq; faberq;,
Si dederis Martem, Mulciber es Baraba.

Filius extat amor, dormis cum uxore Dione,
Non temere es pedibus claudus, & arte faber.

LVSCINIVS.

Mœcha tibi Venus est uxor, malefidaq; proles
Aliger, haud mirum si pede claudus eas.

Ἄδηλον.

Μισόπτωχε θεά, μούνη πλούτου δαμάτειρα,
ἡ τὸ καλῶς ζῆσαι πάντοτ' ἐπισταμένη.
Εἰ δὲ καὶ ἀλλοτρίοις ἐποχουμένη ποσὶ χαίρεις,
ὁπλοφορεῖν οἶδας, καὶ μύρα σοι μέλεται.
τέρπει καὶ στέφανός σε, καὶ Αὐσονίου πόμα Βάκχου.
ταῦτα παρὰ πτωχοῖς γίγνεται οὐδέποτε.
τοὔνεκα καὶ φεύγεις πενίης τὸν χάλκεον οὐδόν,
τέρπῃ δ' εἰς πλούτου πρὸς πόδας ἐρχομένη.

LVSCINIVS.

Contemptrix inopum Dea, numine sola potentes
Quæ premis, & gaudes undiq; delitijs.

Vnguentis

Vnguentis quanquam capiare, ſoles tamen armis
  Prædita, nobilium pungere ſæpe pedes.
Serta iuuant, feſtiq; dies, hinc dulce phalernum,
  Quæq; domos ueniunt rarius in miſeras.
Ferrea pauperies inuiſa eſt hac ratione,
  Atque tibi procerum præſtat adire pedes.

ALCIATVS.

Diua beatorum domitrix, inopesq; peroſa,
  Quæ laute uitam ducere ubiq; ſoles.
Et gaudes reſidens alienis inuida plantis,
  Stant unguenta tuis textaq; ſerta comis.
Et larga Auſonij te oblectant pocula Bacchi,
  Quorum pauperibus copia nulla domi eſt.
Ergo inopum meritò ſcrupos, loca & aſpera uitas,
  Diuitis in pedibus ſed bene culta ſedes.

Ἄδηλον.

Λυσιμελοῦς Βάκχου, καὶ λυσιμελοῦς ἀφροδίτης,
  γεννᾶται θυγάτηρ λυσιμελὴς ποδάγρα.

[illegible].

Soluere membra Venus, eadē quoq; ſoluere Bacchus,
  Soluere & ex illis nata podagra ſolet.

LVSCINIVS.

Eneruans uires Bacchus, Cythereaq;, prolem
  Edunt conſimilem membrifragam podagram.

FINIS EORVM QVAE EX
LIBRO SECVNDO.

MATVM GRAECORVM.

ΕΙΣ ΑΓΑΘΟΥΣ ΑΝΔΡΑΣ.

Εἰς πλάτωνα.

Σωφροσύνῃ προφέρων θνητῶν, ἤθει τε δικαίῳ,
ἐνθάδε κεῖται ἀνὴρ θεῖος ἀριστοκλέης.
εἰ δέ τις ἐκ πάντων σοφίης μέγαν ἔσχεν ἔπαινον,
οὗτος ἔχει πλεῖστον, καὶ φθόνον οὐ φέρεται.

GVAR. VERONEN.

Ante alios castus, iusti quoq; amoris amator.
Diuus Aristoclees occubat hoc tumulo.
Si cui de cunctis magnæ est sapientia laudi,
Maiorem hic habuit, nec comes inuidia est.

LAERT. INTERP.

Mortales cunctos excedens moribus æquis,
Diuus Aristoclees hoc iacet in tumulo.
Si Sophiæ quisquam præconia magna secutus,
Hic sibi multa tulit, liuor & omnis abest.

BENTINVS.

Iustitia cunctis præstas, uitaq; modesta,
Hoc situs in tumulo diuus Aristoclees.
Si quenquam ad magnos sapientia uexit honores,
Hunc citra inuidiam uexit & ipsa uirum.

[illegible]S.

Hic iacet ille Plato uitæ moderamine clarus,
Diuorum numero dignus & ille Plato.

Si quis

Si quis ab ingenio laudem tulit, unicus omnem
Occupat, & liuor carpere nulla poteſt.

[illegible]

Omnes exuperans mortales ſobrietate, &
Iuſtitia, iacet hic diuus honore Plato.
Si qua tulit dignam quando ſapientia laudem,
Maiorem ille tenet, citra etiam inuidiam.

Καλλιμάχου.

Τῇδε Σάων ὁ Δίωνος ἀκάνθιος ἱερὸν ὕπνον
κοιμᾶται. θνήσκειν μὴ λέγε τοὺς ἀγαθούς.

LVSCINIVS.

Ecce Saon ſacro conceßit morte ſopori,
Non potuit fato uir bonus ille mori.

[illegible]

Dormit, & impoſita requieſcit rupe Philetes
Nemo putet iuſtos morte perire uiros.

Μελεάγρου.

Παμμῆτορ γῆ χαῖρε. σὺ τὸν πάρος οὐ βαρὺν εἰς (σὲ
Αυσιγένην, κ᾽αὐτὴ νῦν ἐπέχοις ἀβαρής.

[illegible]

Omniparens tellus, nunquam grauis ipſe fui ſi,
Suſcipe me tenerum, nec grauis ipſa premas.

Ἀδέσποτον.

Μὴ σύ γε θνητὸς ἐὼν, ὡς ἀθάνατός περ λογίζου,
οὐδὲν γὰρ βιότου πιστὸν ἐφημερίοις.
εἰ καὶ τόνδε Κάσσανδρον ἔχει σορὸς ἥδε θανόντα,
ἄνθρωπον φύσεως ἄξιον ἀθανάτου.

~~CORNARIVS.~~

Mortalis quum sis, quid tu immortalia curas?
Nulla fides uitæ est; uiuimus inq; diem.
Hæc uita functum concludit capsa Casandrum,
Qui diuûm uitam uiuere dignus erat.

ΕΙΣ ΑΓΩΝΙΣΤΑΣ.

Σιμωνίδου.

Εἶπον τίς, τίνος ἐσσὶ, τίνος πατρίδος. τί δ᾽ ἐνίκης;
Κάσμυλος, Εὐαγόρου, πύθια, πὺξ, Ῥόδιος.

SOTER.

Dic quis, quo genitus, cuiâs tu, uiceris aut quid?
Casmylus, Euagora, Rhodius sum, Pythia, cæstu.

ALITER.

Casmylus hic iaceo quondam qui Pythia cæstu
Vici, me genuitq; Euagoras Rhodius.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μίλωνος τόδ᾽ ἄγαλμα καλοῦ καλὸν, ὃς παρὰ Πίσῃ
ἑπτὰ νικήσας, ἐς γόνατ᾽ οὐκ ἔπεσεν.

~~CORNARIVS.~~

Milonis statua hæc, septem qui uictor abiuit,
Nunquam incuruatus concidit in genua.

ΕΙΣ ΑΔΕΛΦΟΥΣ.

Αγαθίου.

Δὶς δύ᾽ ἀδελφειοὺς ἐπέχει τάφος. ἓν γὰρ ἐπέσχον
ἦμαρ καὶ γενεῆς οἱ δύο, καὶ θανάτου.

LILIVS.

Quattuor hic tumulus fratres habet, una duobus

Lux

Lux & natalis, mortis & una fuit.

MORVS.

Quattuor hic tumulus fratres complectitur, ex his
Lux simul una duos & parit, ac perimit.

IDEM.

Quattuor hic tumulus fratres complectitur, ex his
Proh dolor una duos lux parit, ac perimit.

Ἀγαθίου.

Αντόϊος, καὶ Παῦλος, ἀδελφεὼ ἄμφω ἐόντε,
ξυνὴν μὲν βιότου συζυγίην ἐχέτην.
ξυνὰ δὲ καὶ μοίρης λαχέτην λίνα, καὶ παρὰ θῖνα
Βοσπορίην, ξυνὴν ἀμφεβάλοντο κόνιν.
οὐδὲ γὰρ ἀλλήλοιν ζῶσαν ἀπάνευθε δυνάσθην,
ἀλλὰ ξυνεχέτην καὶ παρὰ φερσεφόνην.
χαίρετον ὦ γλυκερώ, καὶ ὁμόφρονε, σήμασι δ' ὑ-
ὤφελεν ἱδρῦσθαι βωμὸς ὁμοφροσύνας. (μῶν

[illegible]S.

Lutius & Paulus fratres cōmunia habebant
Germani sanctæ uincula amicitiæ.
Sortita hinc pariter cōmunia fila sororum,
Corpora littoreo puluere tecta iacent.
Viuere non poterant seiuncti, nexuit ergo
Mors quoq; coniunctos misit ad Elysios.
Salue par fratrum, uestro concordia semper,
O utinam tumulo concelebrata foret.

R 5

ΕΙΣ ΑΝΔΡΕΙΟΥΣ.

Ἀνακρέοντος.

Καρτερὸς ἐν πολέμοις Τιμόκριτος, οὗ τόδε σᾶμα.
Ἄρης δ' οὐκ ἀγαθῶν φείδεται, ἀλλὰ κακῶν.

MORVS.

Fortis erat bello Timocritus, hic iacet ergo.
Fortibus haud parcit Mars ferè, ſed timidis.

[illegible]

Conditur hoc ſaxo ualidus Timocritus armis.
Parcitur ignauis Marte uolente uiris.

Ἀντιπάτρου.

Ὄρνι Διὸς κρονίδαο διάκτορε, τοῦ χάριν ἔστας
γοργὸς ὑπὲρ μεγάλου τύμβον Ἀριστομένους;
ἀγγέλλω μερόπεσσιν, ὅθ' οὕνεκεν ὅσσον ἄριστος
οἰωνῶν γενόμαν, τόσσον ὅδ' ἡμιθέων.
δειλαί τοι δειλοῖσιν ἐφεδρήσσουσι πέλειαι.
ἄμμες δ', ἀτρέστοις ἀνδράσι τερπόμεθα.

C. VRS. VELIVS.

Nuncia fare Iouis, præpesq; uolatibus ales,
Cur magni ad tumulum ſidis Ariſtomenis?
Hæc homines moneo, uolucrum quantū optima uiuo,
Tantum hic heroas optimus inter erat.
Stiparint pauidæ timidorum buſta columbæ,
Aſt ego delector fortibus uſq; uiris.

ALCIATVS.

Quæ te cauſa mouet uolucris Saturnia, magni

Vt tu

Vt tumulo insideas ardua Aristomenis?
Hoc moneo, quantum inter aues ego robore præsto,
Tantum semideos inter Aristomenes.
Insideant timidæ timidorum busta columbæ,
Nos aquilæ intrepidis signa benigna damus.

Εἰς Ἐπίκουρον καὶ Θεμιστοκλέα.

Μενάνδρου.

χαῖρε Νεοκλείδα, δίδυμον γένος, ὧν ὁ μὲν ὑμῶν
πατρίδα δουλοσύνας ῥύσαθ', ὃδ' ἀφροσύνας.

MORVS.

Ista Neoclidæ gnatos habet urna gemellos,
Seruitio hic patriam liberat, hic uitio.

Διοσκουρίδου.

Τᾷ Πιτάνᾳ Θρασύβουλος ἐπ' ἀσπίδος ἤλυθεν ἄπνους
ἑπτὰ πρὸς ἀργείων τραύματα δεξάμενος,
δεικνὺς πρόσθια πάντα. τὸν αἱματόεντα δ' ὁ πρέσβυς
παῖδ' ἐπὶ πυρκαϊῆς Τύννιχος εἶπε τιθείς.
δειλοὶ κλαιέσθωσαν, ἐγὼ δέ σε τέκνον, ἄδακρυς
θάψω, τὸν καὶ ἐμὸν, καὶ Λακεδαιμόνιον.

AVSONIVS.

Excipis aduerso quod pectore uulnera septem,
Arma superueheris quod Thrasybule tua,
Non dolor hic patris, Pitanæ sed gloria maior:
Rarum tam pulchro funere posse frui.
Quem postquam mœsto socij posuere feretro,

Talia magnanimus edidit orsa pater:
Flete alios, natus lachrymis non indiget ullis,
Et meus, & talis, & Lacedæmonius.

FRAN. PHILEL.

Exanimis Pitanen clypeo Thrasybulus in acri
Confossus septem uulneribus rediit.
Passus ab Argiuis, quæ tergo nulla gerebat.
Tynnichus hunc igni quum daret, hæc loquitur:
Flere decet timidos, oculis te nate sepulchro
Condo meum siccis ac Lacedæmonium.

CRINITVS.

Traiectus hasta pectus infensa Lacon
Cruentus in bellum ruit.
Ac dum inter arma & hostium fertur neces
Tandem peremptus cócidit.
Hunc postquam amici collocant mœsti rogo,
Augentq; funus lachrymis,
Miratus hanc inertiam parens (ait)
Abite non prorsus uiri,
Abite procul, ô patriæ quondam genus,
Olim Lacones uiximus.
Quid uos inertes impios luctus datis?
Hic natus est meus & Lacon.

FRAN. PHIL. ex Plutarcho.

Quod Lacedæmonius fueris tibi nate sepulchrum
Læta paro, timidos cætera turba gemat.

MARVLLVS.

Senſerat exanimum mater Byzantia natum,
Forte facit patrijs dum ſua ſacra deis.
Vniusq; dolor totam concuſſerat urbem,
Atque erat in luctu uir, mulierq; nouo.
Illa immota diu, poſtquam ſtata ſacra peregit,
Reſpicit aduerſo pectore uulnus hians,
Impoſitumq; ſuis iuuenem quæ geſſerat armis,
Et madida hoſtili tela manusq; nece.
Mox nec ſciſſa comam mater, nec territa caſu,
Fœmina, fortuna celſior ipſa ſua,
Nate ait, egregium patriæ per ſecula nomen,
Quàm non degeneri funere nate iaces.
Agnoſco quæ ſæpe mihi promittere ſuetus,
Oraq; adhuc hoſti penè tremenda tuo.
Nunc demum peperiſſe iuuat, dolor omnis abeſto,
Nunquam ego te nato non bene mater ero.

PETRVS CRINITVS.

De Lacone alio.

Lacon relicta parmula
Quum ſe uideret ſaucium
Cedentibus paßim ſuis
Cruentus in bellum redit,
Clypeoq; adepto nobili
Inclamat ad ſuos ſtatim
Adeſte, quò decurritis?

Non sunt timenda uulnera,
Præstat mori quàm cedere.

AVSONIVS.
De matre Lacæna.

Mater Lacæna clypeo obarmans filium,
Cum hoc, inquit, aut in hoc redi.

POLITIANVS.

παιδὶ λάκαινα σάκος πλέμησε ἰόντι διδοῦσα,
τοῦτ' ἔφη ἢ σὺν τῷδ', ἢ ἐπὶ τῷδε νέου.

Γερμανικοῦ εἰς Θεμιστοκλέα.

Ἀντὶ τάφου λιτοῖο, θὲς ἑλλάδα. θὲς δ' ἐπὶ ταύτᾳ
δούρατα, βαρβαρικᾶς σύμβολα ναυφθορίας.
καὶ τύμβῳ κρηπῖδα περίγραφε περσικὸν ἄρη,
καὶ Ξέρξην. τούτοις θάπτε Θεμιστοκλέα.
στάλα δ' ἁ σαλαμὶς ἐπικείσεται, ἔργα λέγουσα
τἀμά. τί με σμικροῖς τὸν μέγαν ἐντίθετε;

ALCIATVS. Imitatio.
In Ioannem Galeatium Vicecomitem, primum Ducem Mediolanensem.

Pro tumulo pone Italiam, pone arma, ducesq́;,
Et mare quod geminos tangit adusq; sinus.
Adde his barbariem conantem irrumpere frustra
Gallus ut, & Theuton alpe, & Hyberus aquis.
Anguiger ast summo adsistens in culmine dicat,
Quis paruis magnum me super imposuit?

Εἰς

Εἰς τοὺς ἐν Θερμοπύλαις
θανόντας.

Μυριάσιν ποτὲ τῇδε τριηκοσίαις ἐμάχοντο
ἐκ Πελοποννήσου χιλιάδες τέτορες.

LAVREN. VALLA.

Terdecies centum hic certarunt milibus olim
E Peloponneso bis modo mille uiri.

Εἰς τοὺς αὐτούς.

Ὦ ξεῖν', ἄγγειλον Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε
κείμεθα, τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι.

LAVREN. VALLA.

Nos Lacedæmonijs refer hic peregrine iacentes,
Exhibito illorum uocibus obsequio.

STRAB. INTERP.

Dic Lacedæmonijs hac hospes parte iacere,
Dum illorum rigidis iussibus obsequimur.

Εἰς τοὺς αὐτοὺς,

Ἀκμᾶς ἑστηκυῖαν ἐπὶ ξυροῦ Ἑλλάδα πᾶσαν,
ταῖς ἡμῶν ψυχαῖς κείμεθα ῥυσάμενοι.

~~CORNARIV~~S.

Mersa erat in summo quum Græcia tota periclo,
Cædibus ex nostris libera facta fuit.

Εἰς τοὺς αὐτούς.

Εἰ τὸ καλῶς θνήσκειν ἀρετῆς μέρος ἐστὶ μέγιστον,
ἡμῖν ἐκ πάντων τοῦτ' ἀπένειμε τύχη.
Ἑλλάδι γὰρ σπεύδοντες ἐλευθερίην περιθεῖναι,

κεῖμεθ' ἀγηράντῳ χρώμενοι εὐλογίῃ.

SOTER.

Maxima si uirtus, quem fortiter occubuisse,
Fortuna hoc nobis ante alios tribuit.
Nam asserere afflictam properantes Hellada, cuncti
Aeterno utentes sternimur elogio.

πλάτων⊙. (τες,

οἵδε ποτ' αἰγαίοιο βαρύβρομον οἶδμα λιπόν=
ἐκβατάνων πεδίῳ κείμεθ' ἐνὶ μεσάτῳ.
χαῖρε κλυτή ποτε πατρὶς ἐρέτρια, χαίρετ' ἀθῆναι
γείτονες εὐβοίης, χαῖρε θάλασσα φίλη.

RAYNVTIVS ALEMANVS.

Qui quondam Aegæi ruimus salis ære profundum
Ecbatanûm, hoc campo contegimur medio.
Patria clara olim uale Eretria, uos & Athenæ
Vicinæ Eubœes, Ponteq; amice uale.

Ἀδηλον.

Εὐβοίης γένος ἐσμὲν Ἐρετρικόν. ἄγχι δὲ Σούσων
κείμεθα. φεῦ, γαίης ὅσσον ἀφ' ἡμετέρης.

LAER. INTERP.

Eubœæ nunc gens, sed eramus Eretria, fusi
Condimur à nostra nos regione procul.

BENTINVS.

Eubœæ fuimus Eretrûm genus, at prope Susas
Condimur, heu nostra tam procul à patria.

τύμνεω.

τύμνεω.

τὸν παραβάντα νόμους Δαμάξιον ἔκθανε μάτηρ
 ἁ λακεδαιμονία, τὸν λακεδαιμόνιον.
θηκτὸν δ' ἐν προβολᾷ θεμένα ξίφος, εἶπερ, ὀδ
 ὀξὺν ἐπιβρύχουσ' οἷα λάκαινα γυνὰ, (δόντα
ἔῤῥε κακὸν σκυλάκευμα, κακὰ μέρις, ἔῤῥε ποτὶ
 ἔῤῥε, ᾗ, οὐ σπάρτας ἄξιον ἐτρέφομες. (ἅδαν

~~[illegible]~~

Peccantem in leges Demetrion ulta repente eſt
 Spartanum, mater ſic Lacedæmonia.
Vltorem gladium ſtatuebat in agmine, & inquit
 Dentibus infrendens more Lacæna ſuo.
Vade malus catulus, mala portio, uade ſub orcum,
 Quem dignum Sparta non genitum, ipſa tuli.

ALCIATVS.

Materno cæſus fugiens Demetrius enſe eſt,
 A Lacedæmonia uir Lacedæmonius.
Dixit & hæc anceps ſtringens in pectora ferrum,
 Quum fremeret uero digna Lacone parens.
Vade malum germen, functas pete luminis umbras,
 Ne patria indignum prodiga mater alam.

FRAN. PHILEL.

Hunc timidum mater Damatrion ipſa peremit
 Nec dignum matre, nec Lacedæmonium.

Ερυκίου.

Αιὶκ' ἀτὰρ πολέμου τρέσαντά σε δέξατο μήτηρ,
 πάντα τὸν ὁπλιστὴν κόσμον ὀλωλεκότα.

αὐτά τοι φονίαν Δαμάξιε αὐτίκα λόγχαν,
εἶπε διὰ πλατέων ὠσαμένα λαγόνων,
κάτθανε, μηδ᾽ ἐχέτω Σπάρτα ψόγον. οὐ γὰρ ἐκεῖνα
ἤμπλακεν, εἰ δειλοὺς τοὐμὸν ἔθρεψε γάλα.

Ex bello quum te fugitiuum forte uideret
Mater, qui timidus, nudus, inermis eras.
Quàm subito prensam Demetrie protulit hastam,
Per media atq; illam uiscera ubi egit, ait.
Nunc morere, & dedecus non norit Sparta, ego culpã
Confiteor, timido hæc ubera quæ exhibui.

In Apoph. Plutarchi citatum.

Ἀδήλον.

Ἔρρε κακὸν φύτευμα διὰ σκότος οὗ διὰ μῖσος,
εὐρώτας δειλαῖς μηδ᾽ ἐλάφοισι ῥέοι.
ἀχρεῖον σκυλάκευμα, κακὰ μερίς, ἔρρε ποθ᾽ ἅδαν
ἔρρε, τὸ μὴ Σπάρτας ἄξιον, οὐδὲ τεκῶν.

FRAN. PHILEL.

Vade malum tenebras germen pete quenq; perosus.
Eurotas ceruas ne fluat ad timidas.
Si catulus nequam perrexeris, ito sub umbras
Nec Sparta dignus, nec generis titulis.

Ἀπολλωνίδου.

Αἴλιος αὐσονίης στρατιῆς πρόμος, ὁ χρυσέοισιν,
στέμμασι σωρεύσας αὐχένας ὁπλοφόρους.
νούσου ὅτ᾽ εἰς ὕπατην ὤλισθανε, τέρματ᾽ ἄφυκτον,
εἶδεν Ἀριστείην ἐμφανὲς εἰς ἰδίην.

πῆξε

πῆξε δ' ὑπὲρ σπλάγχνοισιν ἑὸν ξίφος, εἶπε θνήσ-
αὐτὸς ἑκὼν ἐδάμην, μὴ νόσος εὖχος ἔχοι. (κων

Φιλίππου εἰς τὸν αὐτόν.

Αἴλιος ὁ θρασύχειρ, ἄργους πρόμος, ὁ τὲ διώσας
αὐχένα χρυσοδέτοις ἐκ πολέμου στεφάνοις,
περιμελεῖ νούσῳ κεκολουμένος, ἔδραμε θυμῷ
ἐς προτέρων ἔργων ἄρσενα μαρτυρίην. (εἰπὼν
ὦσε δ' ὑπὲρ σπλάγχνοις πλατὺ φάσγανον, ἐν μό-
ἄνδρας ἄρης κτείνει, δειλοτέρους δὲ νόσος. (νον

ALCIATVS.

Aelius Ausonijs audax bellator in armis,
Cui tegit insignes Laurea multa comas.
Oppressus morbo, uitæ non immemor actæ,
Mutuat ingentis spiritus auxilium.
Et se transfodiens, hoc solum protulit ore,
Morbo obeunt timidi, strennuus ense cadat.

Ἄδηλον.

Ἡμαθίην ὃς πρῶτος ἐς ἄρεα βῦσα Φίλιππος,
αἰγαίην κεῖμαι βῶλον ἐφεσσάμενος,
ῥέξας οἷ' οὔπω βασιλεὺς πρίν. εἰ δέ τις αὐχεῖ
μεῖζον ἐμεῦ, καὶ τοῦθ' αἵματος ἡμετέρου.

C. VRS. VELIVS.

Primus ego Aemathiam bellis agitare Philippus
Ausus, in Aegæa sum tumulatus humo.
Rex mihi par factis nemo, si se tamen ullus
Altius extulerit sanguinis ille mei est.

ΕΙΣ ΑΝΔΡΑΣ ΟΥΚ ΕΠΙΣΗΜΟΥΣ.

Ἄδηλον.

Οὐ μὰ τ', οὐδὲ Λύκωνα παρήσομεν, ὅττι ποδαλγὴς
κάτθανε. θαυμάζω τοῦτο μάλιστα δ' ἐγὼ,
τὴν οὕτως ἀΐδαο μακρὴν ὁδὸν, ἣν πρὶν ὁ ποσὶν
ἀλλοτρίοις βαδίσας, ἔδραμε νυκτὶ μιᾷ.

LAER. INTERP.

Prætereunda mihi non sunt & fata Lyconis,
Fecerat infirmum quem ualetudo pedis.
Nanq; pede alterius semper quum nixus adiret,
Tam longam miror nocte uolasse uiam.

Ἄδηλον.

Θάψεν ὅ με κτείνας κρυπτὸν φόνον, εἰ δέ με τύμβῳ
δωρεῖται, τοίης ἀντιτύχοι χάριτος. (Ρω

[illegible]

Abdidit hac tellure latro me fraude necatum.
O utinam talem sentiat ille necem.

Ἄδηλον.

Ζωὴν συλήσας, δωρῇ τάφον. ἀλλά με κρύπτεις,
οὐ θάπτεις. τοίου καὐτὸς ὄναιο τάφου.

[illegible]S.

Occultas modò, non sepelis me lumine uitæ
Exutum, Tibi nunc talia busta precor.

Ἄδηλον. (τος,

Κἤν με κατακρύπτῃς ὡς οὐδενὸς ἀνδρὸς ὁρῶν-
ὄμμα δίκης καθορᾷ πάντα τὰ γιγνόμενα.

ALCIATVS.

Me sepelis tanquam nemo conspexerit, atqui
Iustitiæ ipse oculus omnia facta uidet.

[illegible]S.

Me licet occultes ueluti sine teste peremptum,
Hæc tamen usq; uident uindicis ora dei.

Απολλωνίδου.

Κάτθανεν Ἡλιόδωρος, ἐφέσπετο δ' οὐδ' ὅσον ὥρη
ὕστερον ἀνδρὶ φίλῳ Διογένεια δάμαρ.
ἄμφω δ' ὡς ὑμέναιον ἐπὶ πλακὶ τυμβεύοντι,
ξυνὸν ἀγαλλόμενοι καὶ τάφον, ὡς θάλαμον.

[illegible]VS.

Heliodorus ubi moritur non insuper hora
Procedit, sequitur Diogenea uirum.
Tanquam hymenea uelint celebrem fieri in libitina,
Communem [illegible] thalamo tumulum.

Πλάτωνος.

Ἀστέρας εἰσαθρεῖς ἀστὴρ ἐμός. εἴθε γενοίμην
οὐρανός, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σὲ βλέπω.

GVAR. VERONEN.

Ardentes stellas lucens mea stella tueris,
Cœlum utinam fierem, te ut multo lumine cernam.

LAER. INTERP.

O utinam cœlum fierem quum sidera cernis
Stella mea, ut multo lumine te aspicerem.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἀστὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν ἑῷος.

νῦν δὲ θανὼν, λάμπεις ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

AVSONIVS.

Stella prius superis fulgebas lucifer, at nunc
Extinctus cassis lumine uesper eris.

GVAR. VERONEN.

Stella prius fulgebas lucifer, at nunc
Hesperus ab fulges manibus occiduus.

BENTINVS.

Iamdudum uiuis lucebas lucifer, at nunc
Extinctus luces Hesperus Elysijs.

LAERT. INTERP.

Iamdudum sidus lucebas uiuentibus matutinum,
Nunc Hesperus fulges uita functus mortuis.

IDEM.

Iamdudum uiuis fulgebas lucifer, at nunc
Defunctis luces Hesperus exanimis.

MARVLLVS.

Lucebas superis mea Lucia lucida Phœbe,
At nunc Persephone tertia regna tenes.

Αδέσποτον. οἱ δὲ, Νέρωνος.

Ἐμοῦ θανόντος, γαῖα μιχθήτω πυρί.
οὐδὲν μέλει μοι. τἀμὰ γὰρ καλῶς ἔχει.

ALCIATVS.

Me terra functo misceatur ignibus,
Id curo nil, mea probe se continent.

Σιμωνίδου.

Πολλὰ φαγὼν, καὶ πολλὰ πιὼν, καὶ πολλὰ κακ᾽ εἰπὼν
ἀνθρώπ

ἀνθρώπους, κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος.

VOLATERANVS.

Multa bibens, tum multa uorans, male deniq; dicens
Multis, hic iaceo, Timocreon Rhodius.

[illegible]IRIVS.

Multa uorans, & multa bibens, & multa loquutus
Contra homines, iaceo hic Timocreon Rhodius.

Ἄδηλον.

Βαιὰ φαγὼν, καὶ βαιὰ πιὼν, καὶ πολλὰ νοσήσας,
ὀψὲ μὲν, ἀλλ' ἔθανον, ἔῤῥετε πάντες ὁμοῦ.

[illegible]RIVS.

Pauca uorans, & pauca bibẽs, mala plurima paßus,
Sero obij ah tandem, uosq; ualere precor.

Καλλιμάχου.

Δαίμονα τίς δ' εὖ οἶδε τὸν αὔριον; ἡνίκα καὶ σὲ
χάρμι τὸν ὀφθαλμοῖς χθιζὸν ἐν ἡμετέροις,
τῇ ἑτέρῃ κλαύσαντες ἐθάπτομεν· οὐδὲν ἐκεῖνου
εἶδε πατὴρ Διόφων χρῆμ' ἀνιηρότερον.

[illegible]S.

Visus heri nobis longo dignißimus æuo
Charmitus, in terram conditus est hodie:
Illa fuit soboles multum dilecta parenti.
Vsqueadeò nullus crastina nouit homo.

Ἀδέσποτον.

Πῶλι, πᾶ τλῆθι πένθος, ἔυνασον δάκρυ,
πολλαὶ θανόντας εἶδον υἱέας μητέρες.

ἀλλ᾽ οὐ τοιούτους τὸν τρόπον, καὶ τὸν βίον,
οὐ μητέρων σέβοντας ἡδύστην θέαν.
τί περισσὰ θρηνεῖς; τί δὲ μάτην ὀδύρεαι;
ὡς κοινὸν ᾅδην πάντες ἕξουσι βροτοί.

ALCIATVS.

Politta gemitu parce, parce lachrymis
Multæ necatos filios matres uident,
Sed non modi talisq; uitæ filios,
Quis sit parentis dulcis aspectus suæ,
Frustra quid inquam, maceras te? quid gemis?
Communis est mors omnibus mortalibus.

ΕΙΣ ΑΡΧΑΙΟΥΣ ΤΙΝΑΣ.

Εἰς Σαρδανάπαλον.

Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, τὸν θυμὸν ἄεξε
τερπόμενος θαλίῃσι. θανόντι σοι, οὔτις ὄνησις.
καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι, νίνου μεγάλης βασιλεύσας.
τόσσ᾽ ἔχω, ὅσσ᾽ ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ᾽ ἔρωτος
τέρπν᾽ ἐδάην. τὰ δὲ πολλὰ, καὶ ὄλβια κεῖνα, λέλειπται.
ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις ἀνθρώποισι.

INTERP. STRAB.

Quum te mortalem noris, præsentibus exple
Delitijs animum, post mortem nulla uoluptas.
Nanq; ego sum puluis, qui nuper tanta tenebam.
Hæc habeo quæ edi, quæq; exaturata libido
Hausit, at illa manent multa, & præclara relicta.
Hoc sapiens uitæ mortalibus est documentum.

Εἰς

Εἰς Νιόβην. Ἀγαθίου.

Ὁ τύμβος οὗτος, ἔνδον οὐκ ἔχει νεκρόν.
ὁ νεκρὸς οὗτος, ἐκτὸς οὐκ ἔχει τάφον.
ἀλλ' αὐτὸς αὑτοῦ νεκρός ἐστι, καὶ τάφος.

AVSONIVS.

Habet sepulchrum non id intus mortuum,
Habet nec ipse mortuus bustum super.
Sibi sed est ipse hic sepulchrum & mortuus.

POLITIANVS.

Hoc est sepulchrum intus cadauer non habens,
Hoc est cadauer & sepulchrum non habens,
Sed est idem cadauer & sepulchrum sibi.

C. VRS. VELIVS.

Hoc in sepulchro mortuus non conditur,
Et conditorium hic habet nec mortuus,
Bustum sed ipse est sibi, itemq; mortuus.

Εἰς Ἡρώ, καὶ Λέανδρον.
Ἀντιπάτρου.

Οὗτος ὁ Λειάνδροιο διάπλοος, οὗτος ὁ πόντου
πορθμός, ὁ μὴ μούνῳ τῷ φιλέοντι βαρύς.
ταῦθ' Ἡροῦς τὰ πάροιθεν ἐπαύλια. τοῦτο τὸ πύργου
λείψανον. ὁ προδότης ὧδ' ἐπέκειτο λύχνος.
κοινὸς δ' ἀμφοτέρους ὅδ' ἔχει τάφος. εἰσέτι καὶ νῦν
κείνῳ τῷ φθονερῷ μεμφομένους ἀνέμῳ.

GVLIEL. DE MARA.

Hic est tranatus, miseri & uectura Leandri.
Hoc fretum amatori stat reliquisq; graue.

Nobilis hæc herus domus extitit, hæc quoq; turris
Relliquiæ, hic Veneris signa lucerna dedit.
Hos ambos commune tenet monumentum, etiam nunc
Venti execrantes illius inuidiam.

Εἰς Τίμωνα τὸν μισάνθρωπον.

Ενθάδ' ἀπορρήξας ψυχὴν βαρυδαίμονα, κεῖμαι,
οὔνομα δ' οὐ πεύσεσθε. κακοὶ δὲ, κακῶς ἀπόλοι·
(σθε

VOLATER.

Hic sum post uitam miseramq; inopemq; sepultus:
Nomen ne quæras, dij lector te male perdant.

[illegible]

Hic iaceo postquam mea spiritus ossa reliquit:
Nomen cœlabo, uobis aduersa precatus.

Εἰς τὸν αὐτὸν Πτολεμαίου. (θνήσκειν
Μὴ πόθεν εἰμὶ μάθῃς, μὴ δ' οὔνομα. πλὴν ὅτι
τοὺς περὶ ἐμὴν στήλην ἐρχομένους ἐθέλω.

[illegible]

Vnde ego, uel nomen, ne quæras, oppetat opto
Mortem, qui nostram sistitur ad statuam.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Καλλιμάχου. (θρόν;
Τίμων, οὐ γὰρ ἔτ' ἐσσί, τί τοι φάος, ἢ σκότος ἐχ·
τὸ σκότος. ὑμέων γὰρ πλείονες εἰν ἀΐδῃ.

[illegible]

Te ne magis oblectant superi, uel regia Ditis?
Iam superi, multos regia Ditis habet.

~~CORNARIVS.~~

Quid magis ingratũ est tibi Timon, lumẽ, an umbræ?
Vmbræ, Nam uestrum plurimi in orco habitant.

Εἰς τὸν αὐτόν. Ηγησίππου.

Ὀξεῖαι πάντη περὶ τὸν τάφον εἰσὶν ἄκανθαι,
καὶ σκόλοπες. βλάψεις τοὺς πόδας ἢν προσίῃς.
Τίμων μισάνθρωπος ἐνοικέω. ἀλλὰ πάρελθε,
οἴμωζειν εἴπας πολλὰ πάρελθε πόνον.

~~CORNARIVS.~~

Ingentes circum tumulum stant undiq; spinæ,
Et prærupta, ~~tane lædere~~, saxa, pedes.
Hic iaceo, Timon hominum quàm plurimus osor,
Ne plores caueas, prætereasq; procul.

Ομήρου.

Χαλκῆ παρθένος εἰμὶ, Μίδα δ᾽ ἐπὶ σήματι κεῖμαι
εὖτ᾽ ἂν ὕδωρ τε ῥέοι, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλοι,
ἠέλιός τ᾽ ἀνιὼν λάμπει, λαμπρά τε σελήνη,
καὶ ποταμοί γε ῥέωσιν, ἀνακλύζῃ τε θάλασσα,
αὐτοῦ τῇδε μένουσα πολυκλαύστῳ ἐπὶ τύμβῳ,
ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδας ὅτι τῇδε τέθαπται.

BENTINVS.

Aenea sum uirgo Midæ quæ incumbo sepulchro.
Dum fluit unda leuis, sublimis nascitur arbor,
Dum sol exoriens, & ~~splendida luna~~ relucet,
Dum fluuij labuntur, inundant littora fluctus
Hic constanter ago, lachrymisq; in littore tincto.

Fixa, Midam moneo, hic tumulatum chare uiator.

[illegible] S.

Virginis ora gero ſolido conflata metallo
Præſidium formata Midæ cuſtosq́; ſepulchri.
Huc dulcis fluat unda, ferat quoq; terra uirentes
Arboribus ſyluas, & gramina ueſtiat agros,
Ipſeq́; ſol radijs luceſcat & aurea Phœbe.
Interim ego hic maneo monumentaq́; triſtia ſeruo.
Hoc buſtum ut regis ex me ſciat eſſe uiator.

ΕΙΣ ΑΥΛΗΤΑΣ.

Ἀδήλου.

Ὀρφεὺς μὲν κιθάρᾳ πλεῖστον γέρας εἵλετο θνητῶν,
  νέστωρ δὲ γλώσσης ἡδυλόγου σοφίῃ.
τεκτοσύνῃ δ' ἐπέων, πολυΐστωρ θεῖος Ὅμηρος.
  τηλεφάνης δ' αὐλοῖς, οὗ τάφος ἐστὶν ὅδε.

[illegible] S.

Orpheæ cytharæ celebratur gloria ſemper.
  Neſtoris eſt linguæ ſuauiloquentis honos.
Carmine Homerus habet laudem multiſcius omnem.
  Telephanes tibia. Hic cuius & oſſa iacent.

Ἀδέσποτου.

Ἑλλὰς μὲν, θήβας προτέρας προὔκρινεν ἐν αὐλοῖς
  θῆβαι δὲ, πρόνομον, παῖδα τὸν οἰνιάδου.

[illegible] S.

Inter præcipuas euexit tibia Thebas,
  Thebanos Pronomus uincit at Oeniades.

ΕΙΣ ΒΡΕΦΗ

Ποσειδίππου.

Τὸν τριετῆ παίζοντα περὶ φρέαρ Ἀστυάνακτα,
εἴδωλον μορφᾶς κωφὸν ἐπεσπάσατο.
ἐκ δ᾽ ὕδατος τὸ παῖδα διάβροχον ἥρπασε μάτηρ
σκεπτομένα ζωᾶς εἴ τινα μοῖραν ἔχει.
νύμφας δ᾽ οὐκ ἐμίηνεν ὁ νήπιος, ἀλλ᾽ ἐπὶ γούνων
ματρὸς κοιμηθεὶς, τὸν βαθὺν ὕπνον ἔχει.

CORNARIVS.

Tres annos natum, iuxta fontem Astyanacta
Deforme idolum corripuit medium.
Irriguum quem quum genitrix de fonte leuasset,
Visura & uitæ num'ne qua signa forent.
In matris gremio somno alto obdormijt infans,
Mortuus & sacras non uiolauit aquas.

Λουκιανοῦ.

Παῖδά με πενταέτηρον ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντα,
νηλειὴς ἀΐδης ἥρπασε Καλλίμαχον.
ἀλλά με μὴ κλαίοις. καὶ γὰρ βιότοιο μετέχον
παύρου, καὶ παύρων τῶν βιότοιο κακῶν.

C. VRS. VELIVS.

Quinquennem rapuit puerum immiserabilis Orcus
Curarum uacuum nomine Callimachum.
Sed me flere caue, nam paucos, ut breuis, annos
Vixi, sic uitæ pauca sinistra tuli.

Callimachus quinquennis ego puer atra subiui
Limina Plutonis, curaq; nulla fuit.
Parcite sed lachrymis, Vitam ut mihi parca negauit
Longam, Sic uitæ incommoda nulla dedit.

LVSCINIVS.

Sæua rapit manibus quinquennem Parca puellum
Me, nil curantem talia Callimachum.
Quid ploras functum tantillo tempore? uita
Cui breuis est, multis iam caret ille malis.

ΕΙΣ ΓΕΡΟΝΤΑΣ

Ἀδέσποτον.

Ἑξηκοντούτης Διονύσιος ἐνθάδε κεῖμαι
ταρσεὺς, μὴ γήμας, αἴθε δὲ μὴ δ' ὁ πατήρ.

Sexaginta annos uixi Dionysius, absque
Coniuge, & ô utinam hoc fecerat ante parens.

Ἐπὶ τῷ ἑαυτὸν θάψαντι
πρὸ τελευτῆς.

Γήραϊ καὶ πενίῃ τετρυμένος, οὐδ' ὀρέγοντος,
οὐδένος ἀνθρώπου δυστυχίης ἔρανον.
τοῖς τρομεροῖς κώλοισιν ὑπήλυθον ἠρέμα τύμ-
εὗρον ὀϊζυροῦ τέρμα μόλις βιότου. (βον,
ἠλλάχθη δ' ἐπ' ἐμοὶ νεκύων νόμος, οὐ γὰρ ἔθνησκον
πρῶτον, ἔπειτ' ἐτάφην, ἀλλὰ ταφεὶς ἔθανον.

Pauperie atq; annis oppressus, neç miseræ ulla
Fortunæ

Fortunæ aut merces, aut mihi fructus erat.
Hic tandem tacitus, membrisq; tremens requiesco,
Effugiens uitæ tedia uix miseræ.
Defunctorum in me leges mutatæ etiam sunt,
Functus post fato, sum ante sepultus ego.

ΕΙΣ ΓΥΝΑΙΚΑΣ.

Εἰς Λαΐδα. Ἀγαθίου.

Ἑσπέριον εἰς Ἐφύρην, τάφον ἔδρακον ἀμφικέλευθον (θον
Λαΐδος ἀρχαίης, ὡς τὸ χάραγμα λέγει.
δάκρυ δ' ἐπισπείσας, χαίροις γύναι. ἐκ γὰρ ἀκουῆς
οἰκτείρω σε ἔφην, ἣν πάρος οὐκ ἴδομεν.
ὦ πόσον ἠϊθέων νόον ἤκαχες. ἀλλ' ἴδε λήθην
ναίεις, ἀγλαΐην ἐν χθονὶ κατθεμένη.

Laïdis antiquæ uidi monumenta Corinthi.
Nam fuit indicio littera sculpta mihi.
Tum plorans dixi, Mulier sis salua, Tibiq;
Quam prius haud uidi, lachryma nostra detur.
O quoties magnos læsisti perfida reges,
Quæ nunc sub terra putre cadauer habes.

Ἀδέσποτον.

Ἀκμαίη πρὸς ἔρωτα, καὶ ἡδέα κύπριδος ἔργα
παρθενίη, καὶ θοὺς τοὺς γλυκεροὺς ἔμυσας.
ἐσβέσθη γὰρ τὰ φίλτρα τὰ κωτίλα, χὼ μετ' ἀοιδᾶς
ψαλμός, καὶ κυλίκων αἱ λαμυραὶ προπόσεις.

ἄδη δυσκίνητε, τί τὴν ἐπέραστον ἑταίρην
ἥρπασας; ἢ καὶ σὰν κύπρις ἔμηνε φρένα;

[illegible]S.

Iam matura uiro, Veneris iucundæ & opellæ,
Docta orbes dulces claudere Patrophila.
Hæc extincta iacent tam blandula philtra, sonori
Cantus, faceto & pocula ab ore data.
Non flectende ulli Pluto, suauissimam amicam
Quur rapis? an Veneris te quoq; tela premunt?

Ἀδέσποτον.

Εἴκοσι Καλλικράτεια, καὶ ἐννέα τέκνα τεκοῦσα,
οὐδενὸς, οὐδὲ μιῆς ἐδρακόμην θάνατον.
ἀλλ᾽ ἑκατὸν, καὶ πέντε διηνυσάμην ἐνιαυτοὺς,
σκήπωνι τρομερὰν οὐκ ἐπιθεῖσα χέρα.

AVSONIVS.

Viginti atq; nouem genitrici Callicrateæ
Nullius sexus mors mihi uisa fuit.
Sed centum & quinque expleui bene messibus annos,
In tremulam baculo non subeunte manum.

Ἀδέσποτον.

Ἀδ᾽ ἐγὼ ἡ περίβωτος, ὑπὸ πλακὶ τῇδε τέθαμμαι
μούνῳ ἑνὶ ζώναν ἀνέρι λυσαμένη.

[illegible]S.

Hic iaceo fama cunctis prælata puella,
Tantum uni cuius zona soluta uiro est.

Σαπφοῦς.

Τιμάδος ἅδε κόνις, τὰν δὴ πρὸ γάμοιο θανοῦσαν,
δέξατο

δέξατο Φερσεφόνας κυάνεος θάλαμος.
ἇς καὶ ἀπὸ φθιμένας, πᾶσαι νεοθηγέϊ χαλκῷ
ἅλικες, ἱμερτὰν κρατὸς ἐθεῦντο κόμαν.

POLITIANVS.

Timadis hic puluis, quæ dulces ante hymenæos
Excepta est nigro Persephones thalamo.
Illius heu fato cunctæ de uertice amatam
Aequales ferro subsecuere comam.

Ἰουλιανοῦ Αἰγυπτίου.

Οὔνομα μὲν Καλή. φρεσὶ δὲ πλέον, ἢ ἐπὶ προσώπῳ
κάτθανε. φεῦ, χαρίτων δ' ἐξαπόλωλεν ἔαρ.
καὶ γὰρ ἔην Παφίῃ πανομοίιος, ἀλλὰ συνεύνῳ
μούνῳ. τοῖς δ' ἑτέροις, Παλλὰς ἐρυμνοτάτη.
τίς λίθος οὐκ ἐγόησεν, ὅτ' ἐξήρπασεν ἐκείνην
εὐρυβίης ἀΐδης ἀνδρὸς ἀπ' ἀγκαλίδων;

[illegible]

Hic Formosa iacet, sed mentis nomine plus quàm
Formæ, quanquam eheu Ver perijt Charitum.
Nam Veneri in cunctis similis fuit illa, sed uni
Nupta uiro tantum, cætera Pallas erat.
Quæ petra abstinuit lachrymis, uiolentus ubi illam
Pluto aufert, ulnis nec bene tuta uiri est?

Ἀσκληπιάδου.

Ἀρχεάνασσαν ἔχω τὴν ἐκ Κολοφῶνος ἑταίραν,
ἧς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων ὁ γλυκὺς ἕζετ' ἔρως.
ἣν νέον ἡβήσασαν ἀποδρέψαντες ἐρασταί,

πρωτοβόλοι διοῖσες ἤλθετε πυρκαϊῆς.

LAER. Platoni tribuit, sicque refert.

Ἀρχεάνασσαν ἔχω, τὴν ἐκ Κολοφῶνος ἑταίραν,
ἧς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων ἕζετο δριμὺς ἔρως.
ἆ δειλοί, νεότητος ἀπαντήσαντες ἐκείνης
πρωτοπλόου, δι᾽ ὅσης ἤλθετε πυρκαϊῆς.

POLITIANVS.

Archeanassa mihi meretrix Colophonia nunc est,
Cuius & in rugis insidet acer amor.
Ah miseri à prima tetigit quos illa iuuenta
Igne suo, medij uos rapuere rogi.

LAER. INTERP.

Archeanassa iacet meretrix Colophonis, in ore
Illius ægrotæ sedit acerbius amor.
O miseri duxit quos sors inimica uagantes
In tam crudelem lumina ferre rogum.

BENTINVS.

Archeanassa mihi est meretrix Colophonia, seris
Cuius & in rugis sedit acerbus amor.
Quas miseri flammas, per quanta incendia ab istis
Libata illa quibus prima iuuenta fuit.

Ἄδηλον.

Ὁρᾷς πρόσωπον Κασσίης τῆς σώφρονος;
εἰ καὶ τέθνηκε, ταῖς ἀρεταῖς γνωρίζεται.
ψυχῆς τὸ κάλλος μᾶλλον, ἢ τοῦ σώματος.

C. VRS. VELIVS.

Nunquid pudicæ Cassiæ uultum uides?

Defuncta

Defuncta quamuis nota uirtute est sua,
Animæ est uenustas corporis præstantior.

ALITER.

An ora cernis hæc pudica Cassiæ?
Virtute claret ipsa quamuis mortua,
Præstat decori corporis mentis decor.

ΕΙΣ ΔΟΥΛΟΥΣ.

Διοσκορίδου.

Δοῦλος ἐγώ. ναὶ δοῦλος. ἐλευθερίῳ δέ με τύμβῳ
δέσποτα Τιμάνθη τὸν σὸν ἔθου τροφέα.
εὐαίων, ἄσινοῦ τείνοις βίον. ἢν δ' ὑπὸ γήρως
πρός με μόλῃς, σὸς ἐγὼ δέσποτα κἢν ἀΐδῃ.

[illegible] S.

Seruus ego, seruus sanè, sed libera tumba est,
Timanthes dominus gratus eam posuit.
Viue ergo innocuam uitam, tardusq; sub umbras
Aduenias, seruus nanq; & in orco adero.

Δαμασκίου.

Ζωσίμη, ἡ πρὶν ἐοῦσα μόνῳ τῷ σώματι δούλη,
καὶ τῷ σώματι νῦν εὗρεν ἐλευθερίην.

MORVS.

Ante fuit solo Sosime corpore serua,
Nunc fato pars est hæc quoq; missa manu.

Ἀδηλον.

Μάνης οὗτος ἀνὴρ ἦν ζῶν ποτε. νῦν δὲ τεθνηκὼς,
ἶσον Δαρείῳ τῷ μεγάλῳ δύναται.

MORVS.

Hic seruus dum uixit erat, nunc mortuus idem,
Non quàm tu Dari magne minora potest.

[illegible]S.

Viuus, erat miser hic, Sed nunc post fata Dareo
Magnifico seruus non minus iste potest.

Διοσκορίδου.

Εὐφράτην μὴ καῖε Φιλώνυμε, μὴ δὲ μιήνῃς
πῦρ ἐπ' ἐμοί. Πέρσης εἰμί, καὶ ἐκ πατέρων
πέρσης αὐθιγενής. ναὶ δέσποτα, πῦρ δὲ μιῆναι,
ἡμῖν τοῦ χαλεποῦ πικρότερον θανάτου.
ἀλλὰ περιστείλας με, δίδου χθονί. μὴ δ' ἐπὶ νεκρῷ
λουτρὰ χέῃς σέβομαι δέσποτα καὶ ποταμούς.

[illegible]S.

Euphratem ne impone rogis, rogo te inclyte Phidon,
Persa ego nullum ignem contaminare uolo.
Persa ego, & indigena ex patribus sum, flãmaq; p me
Læsa, ipso fato plus mihi acerba foret.
Sed circumtecto terram inijce, lotus ego esse
Nec uolo, nam pariter flumina ego ueneror.

ΕΙΣ ΗΡΩΑΣ.

Εἰς Λαέρτην. Ἀδέσποτον.

Ἤχει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος, οὐδὲ σιδήρου
φείδεται, ἀλλὰ μιῇ πάντ' ὀλέκει δαπάνῃ.
ὣς καὶ Λαέρταο τόδ' ἠρίον. ὃ σχεδὸν ἀκτᾶς
βαιὸν ἄπο, ψυχρῶν λείβεται ἐξ ὑετῶν.

οὔνομα

οὔνομα μὴν ἥρωος ἀεὶ νέον. οὐ γὰρ ἀοιδὰς
　ἀμβλύνειν αἰὼν κὴν ἐθέλῃ, δύναται.

[illegible]s.

Saxa cauat tempus, ferro nec tempora parcunt.
　Omnia sed mollit tempore longa dies.
Laërte sic busta terit quoque littora propter
　Aethere de summo defluus imber aquis.
Immortale sed heu nomen delere uetustas
　Herois, Musa uindice, nulla potest.

Εἰς Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην.

Βιάνορος.

Οἰδίποδος παίδων, θήβη τάφος, ἀλλ' ὁ πανώλης
　τύμβος, ἔτι ζώντων αἰσθάνεται δοράτων.
κείνους οὔτ' ἀΐδης ἐδαμάσσατο. κὴν ἀχέροντι
　μάρνανται. κείνων χὢ τάφος ἀντίπαλος.
καὶ πυρὶ πῦρ ἤλεγξαν ἐναντίον. ὢ ἐλεεινοὶ
　παῖδες, ἀκοιμήτων ἁψάμενοι δοράτων.

AVSONIVS.

Nec stigijs lucis ineunt sua fœdera fratres
　Oedipodionidæ de misero ab miseri.
Nanque etiam ex uno surgentes aggere flammæ
　In diuersa sui dissiliunt cineris.
Infandos iuuenes, quos nec discordia cassos
　Luce, nec in semet linquit atrox animus.
Atq; utinam & Thebas quissent partirier ipsas,
　Regnorum & metas, ut cinerum nebulas.

ALCIATVS.

Oedipodæ infœlix genitos hæc continet urna,
Plena odijs, ueteris plenaq; dissidij.
Hos neque mors domuit, sed adhuc sunt fratribus iræ,
Liteq; nec tumulus, nec pyra celsa caret.
O regnum res dira, malisq; obnoxia cunctis,
Quæ fratres discors in sua fata trahit.

Εἰς Ἀχιλλέα καὶ Πάτροκλον.

Ἄνδρε δύω φιλότητι, καὶ ἐν τεύχεσιν ἀρίστω,
χαίρετον, αἰακίδη, καὶ σὺ μενοιτιάδη.

Insignes pietate, simul præstantibus armis
Saluete, Aeacida, tuq; Menœtiada.

Εἰς Αἴαντα.

Ἀσκληπιάδου.

Ἅδ' ἐγὼ ἁ τλάμων ἀρετὰ παρὰ τῷδε κάθημαι
Αἴαντος τύμβῳ, κειραμένα πλοκάμους.
θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, οὕνεκ' ἀχαιοῖς
ἁ δολόφρων ἀπάτα, κρεῖσσον ἐμοῦ κέκριται.

C. VRS. VELIVS.

Dilaniata comas, uisu miserabilis eheu
Consideo ad cineres hic Telamoniadæ.
Icta dolore graui, mihi quod fraus callida quondam
Iudicibus Grais ante locata fuit.

En misera hic Virtus sedeo, tumulatus ubi Aiax,

Florentes

Florentes aliâs dilaniata comas.
Magnus habet mentem dolor, audet Achiuus
Fraudem quod iudex ante locâre mihi.

ALCIATVS.

Aiacis tumulum lachrymis ego perluo Virtus,
Heu misera albentes dilacerata comas.
Scilicet hoc restabat adhuc, ut iudice Græco
Vincerer, & caussa stet potiore dolus.

Εἰς τὸ αὐτό. Λεοντίου.

Ἕκτωρ Αἴαντι ξίφος ὤπασεν, Ἕκτορι δ' Αἴας
ζωστῆρ'. ἀμφοτέρων ἡ χάρις, εἰς θάνατος.

[illegible]

Aiaci datus ensis, ab Hectore, baltheus Aiace
Hectori, utriq; suum donum erat exitio.

[illegible]VS.

Baltheus & gladius sunt mutua dona uicissim
Hectori & Aiaci, singula in interitum.

Εἰς τὸ αὐτό. Τοῦ αὐτοῦ.

Πικρὴν ἀλλήλοις Ἕκτωρ χάριν, ἠδὲ φέρασπις
Αἴας, ἐκ πολέμου μνῆμ' ἔπορον φιλίης.
Ἕκτωρ γὰρ ζωστῆρα λαβὼν, ξίφος ἔμπαλι δῶκεν.
τὴν δὲ χάριν δώρων, πείρασαν ἐν θανάτῳ.
τὸ ξίφος εἷλ' Αἴαντα μεμηνότα. καὶ πάλι ζωστὴρ,
εἵλκυσε Πριαμίδην δίφρεια συρόμενον.
οὕτως ἐξ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα πέμπετο δῶρα,
ἐν χάριτος προφάσει μοῖραν ἔχοντα μόρου.

ALCIATVS.

Bellorum cœpisse ferunt monumenta uicißim
Scutiferum Aiacem, Hectoraq; Iliacum.
Balthea Priamides rigidum, Telamonius ensem,
Instrumenta suæ cœpit uterq; necis.
Ensis enim Aiacem confecit, at Hectora functum
Traxere Aemonijs cingula nexa rotis.
Sic titulo obsequij quæ mittunt hostibus hostes
Munera, uenturi præscia fata ferunt.

[illegible] Vltimum distichon.

Atq; ita ab hoste hosti ueniunt letalia dona,
Quæ studij specie fata necemq; ferunt.

Αρχίου εἰς τὸ αὐτό.

Σῆμα τόδ᾽ Αἴαντος τελαμωνίου, ὃν κτάνε μοῖρα.
αὐτοῦ χρησαμένη καὶ χειρὶ, καὶ ξίφεϊ.
οὐδὲ γὰρ ἐν θνητοῖσι δυνήσατο καὶ μεμαυῖα
εὑρέμεναι κλωθὼ τοῦδ᾽ ἕτερον φονέα.

[illegible]s.

Aiacis tumba hæc, quem sustulit inuida Clotho,
Vsa eius proprijs & gladio & manibus.
Inter mortales multum furiosa uagatá,
Occisorem alium non reperire potens.

Εἰς ἕκτορα. Ἀδέσποτον.

Μή με τάφῳ σύγκρινε τὸν ἕκτορα, μὴ δ᾽ ἐπὶ τύμβῳ
μέτρει τὸν πάσης ἑλλάδος ἀντίπαλον.
Ἰλιὰς, αὐτὸς ὅμηρος ἐμοὶ τάφος, ἕλλας, Ἀχαιοὶ
φεύγοντες

φεύγοντες. τούτοις πᾶσιν ἐχωννύμεθα.

Hectora quid tumulo tentas includere? quem unum
In se hostem fortem Græcia tota tulit.
Ilias ergo mihi tumulusq; est Grecia, Achiui &
Sæpe fugam in uersi, magnus Homerus *item.*

ΕΙΣ ΙΑΤΡΟΥΣ.

Ἄδηλον.

Θεσσαλὸς Ἱπποκράτης, κῷος γένος, ἐνθάδε κεῖται.
Φοίβου ἀπὸ ῥίζης ἀθανάτου γεγαώς,
πλεῖστα τρόπαια νόσων στήσας ὅπλοις ὑγιείης,
δόξαν ἑλὼν πολλὴν οὐ τύχῃ, ἀλλὰ τέχνῃ.

MORVS.

Thessalus Hippocrates, *Cous genere, hac iacet urna,*
Phœbi immortalis semine progenitus.
Crebra trophæa tulit morborum armis medicinæ,
Laus cui magna, nec id forte, sed arte fuit.

Hic iacet Hippocrates *Coorum gente creatus*
Thessalus, ex stirpe & natus Apollinea.
Deuictis morbis statuit qui multa trophæa,
Non meritam laudem sorte, sed arte tulit.

Ἄδηλον.

Παυσανίαν ἰητρὸν ἐπώνυμον Ἀγχίτεω υἱόν,
τὸν δ' Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθαψε κόνις.
ὃς πλείστους κρυεραῖσι μαραινομένους ὑπὸ νούσοις

φῶτας, ἀπέστρεψεν περσεφόνας θαλάμων.

LAER. Empedocli adscribit.

Παυσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον, Ἀγχίτεω υἱὸν,
φῶτ' ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθρεψε Γέλα.
πολλοὺς ὃς μογεροῖσι μαραινομένους καμάτοισι
φῶτας, ἀπέστρεψεν Περσεφόνας ἀδύτων.

LAER. INTERP.

Pausaniæ medico Anchito cognomine nato
Asclepiadeo patria clara Gela est.
Qui languescentes uario plerosq; labore
Sæpe acheronteum linquere fecit iter.

BENTINVS.

Pausaniam Anchiti natum, Phœbiq; nepotem
Clarum aluit medicum patria clara Gela.
Qui multos diris homines languoribus ægros
Eripuit furuis Persephones thalamis.

ΕΙΣ ΙΞΕΥΤΑΣ.

Ἀντιπάτρου σιδωνίου.

Ο πρὶν ἐγὼ καὶ ψῆρα, καὶ ἁρπάκτειραν ἐρύκων
σπέρματος ὑψιπετῆ βιστονίαν γέρανον.
ξινοῦ χερμαστῆρος εὔστροφα κῶλα τιταίνων,
Ἀλκιμένης πτανῶν εἰς γονάπωθε νέφος.
καί με τις οὐτήτειρα παρὰ σφυρὰ διψὰς ἔχιδνα
σαρκὶ τὸν ἐκ γνύων πικρὸν ἐνεῖσα χόλον.
ἠελίου χήρωσεν, ἴδ' ὡς τὰ κατ' αἰθέρα λεύσσων,
τοὺν ποσὶν οὐκ ἐσάην πῆμα κυλινδόμενον.

ALCIATVS.

Dum turdos uiſco, pedica dum fallit alaudas,
Et iacta altiuolam figit harundo gruem.
Dipſada non prudens auceps pede perculit, ultrix
Illa mali, emiſſum uirus ab ore iacit.
Sic obit extento qui ſidera reſpicit arcu
Securus fati, quod iacet ante pedes.

ΕΙΣ ΙΧΘΥΑΣ.

Ἀδήλου. (ραν

Κύματα, καὶ τρηχύς με κλύδων ἐπὶ χέρσον ἔσυ
δελφῖνα, ξείνοις κοινὸν ὅραμα τύχης.
ἀλλ' ἐπὶ μὲν γαίης, ἐλέῳ τόπος. οἱ γὰρ ἰδόντες,
εὐθύ με πρὸς τύμβον ἔστεφον εὐσεβέες.
νῦν δὲ τεκοῦσα θάλαττα, διώλεσε. τίς παρὰ πόντου
πίστις, ὃς οὐδ' ἰδίης φείσατο συντροφίης.

ALCIATVS.

Delphinem inuitum me in littora compulit æſtus,
Exemplum infido quanta pericla mari.
Nam ſi nec proprijs Neptunus parcit alumnis,
Quis tutos homines nauibus eſſe putet?

ΕΙΣ ΜΕΘΥΣΟΥΣ.

Ἀδήλου.

Μορτάδα τὴν ἱερὰς με Διωνύσου παρὰ ληνοῖς
ἄφθονον ἀκρήτου σπασαμένην κύλικος.
οὐ κεύθει φθιμένην βαιὴ κόνις. ἀλλὰ πίθος μοι
σύμβολον εὐφροσύνης, τερπνὸς ἔπεστι τάφος.

Boscia ego sacra ad Lenæi præla locata
Plenos inuidiam extra euacuans calices.
Non me terra tegit, Bacchi sed larga lagena
Signum est lætitiæ, suauis & est tumulus.

Ἀντιπάτρου σιδωνίου.

Τῆς πολιῆς τόδε σῆμα Μαρωνίδος. ἧς ἐπὶ τύμβῳ,
γλυπτὴν ἐκ πέτρης αὐτὸς ὁρῇς κύλικα.
ἡ δὲ φιλάκρητος, καὶ ἀεὶ λάλος, οὐκ ἐπὶ τέκνοις
μύρεται, οὐ τεκέων ἀκτεάνῳ πατέρι,
ἓν δὲ τόδ' αἰάζει καὶ ὑπ' ἠρίον, ὅττι τὸ Βάκχου
ἄρμενον, οὐ Βάκχου πλῆρες ἔπεστι τάφῳ.

Hæc uetulæ sunt busta Maronidos, illius acta
Sculptilis è petra cantharus iste notat.
Ebria semper erat, tum garrula, Sed neq; prolis
Exhausti'ue patris nec dolet illa uicem.
Hoc queritur crassa nunc sub tellure uel unum,
Quod desit Bacchi copia larga sibi.

ΕΙΣ ΜΟΙΧΟΥΣ.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Οὐχ ὁσίοις λεχέεσσιν ἐτέρπετο λάθριος ἀνὴρ,
λέκτρον ὑποκλέπτων ἀλλοτρίης ἀλόχου. (γους
ἐξαπίνης δὲ δόμων ὀροφὴ πέσε. τοὺς δὲ κακούρ-
ἔσκεπεν, ἀλλήλοις εἰσέτι μισγομένους.
ξυνὴ δ' ἀμφοτέρους κατέχει παγίς. εἶν ἑνὶ δ' ἀμ-

φω

κεῖνται, σύζυγίης οὐκ ἔτι παυόμενοι.

ΕΟΒΑΝΥΣ.

Illicitos quum forte thoros uir mœchus adiret,
Vxorem furtim comprimeretq; aliam.
Quàm subitò ecce ruit culmen tecti, atq; malignos
Ambos coniunctis corporibus perimit.
Vnus utrunq; capit laqueus, tenet & locus unus,
Nec mors illicita hæc uincula dißoluit.

ΕΙΣ ΝΑΥΑΓΗΣΑΝΤΑΣ.

Ἀνακρέοντος.

Καί σε κλεηνορίδη πόθος ὤλεσε πατρίδος αἴης,
θαρσήσαντα νότου λαίλαπι χειμερίῃ.
ὥρη γάρ σε πέδησεν ἀνέγγυος, ὑγρὰ δὲ τὴν σὴν
κύματ᾽ ἀμφ᾽ ἱμερτὴν ἔκλυσεν ἡλικίην.

ΕΟΒΑΝΥΣ.

Te quoq; Clenorida perimit patriæ alta cupido
Euri confisum turbine nimbiferi.
Importuna hora es uictus, liquidisq; sub undis
Volueris, ætatis flore cadens medio.

πλάτων.

Ναυηγοῦ τάφος εἰμί. ὁ δ᾽ ἀντίον ἐστὶ γεωργοῦ,
ὡς ἁλὶ καὶ γαίῃ ξυνὸς ὕπεστ᾽ ἀΐδης.

MORVS.

Naufragus hac situs est, iacet illa rusticus urna.
Ad stygα siue salo, par uia, siue solo.

ΕΟΒΑΝΥΣ.

Naufragi ego tumulus, qui contrà est agricolæ extat.

Sic maris & terræ cuncta in auerna ruunt.

Λεωνίδου.

Ναυηγοῦ τάφος εἰμὶ Διοκλέος. οἱ δ' ἀνάγονται
 φεῦ τόλμης, ἀπ' ἐμοῦ πείσματα λυσάμενοι.

ALCIATVS.

Naufragi ab tumulo nauem pro littore ſoluit
 Nauta, magis fieri quid potuit temere?

Ἀντιπάτρου.

Οὐδ' ἑτέρης ὅλος εἰμὶ θανὼν νέκυς, ἀλλὰ θάλαττα,
 καὶ χθὼν, τὴν ἀπ' ἐμεῦ μοῖραν ἔχουσιν ἴσην.
σάρκα γὰρ ἐν πόντῳ φάγον ἰχθύες. ὀστέα δ' αὖτε
 βέβρασαι ψυχρῇ τῇδε παρ' ἠϊόνι.

C. VRS. VELIVS.

Neutra habet integrũ, nec terra nec unda, ſepultum:
 Aequa adeò pars nunc ceſſit utriq; mei.
Nam piſces carnem medio abſumpſere profundo,
 Oſſa ſed in gelido littore ſparſa iacent.

ALCIATVS.

Integer ullius non ſum, pars altera terræ
 Contigit, æquoreis altera ceſſit aquis.
Conſumpſere meas Neptuni animalia carnes,
 Ad tumulum fluctus littoreum oſſa tulit.

Καλλιμάχου.

Ὤφελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες. οὐ γὰρ ἂν ἡμεῖς
 παῖδα Διοκλείδου Σώπολιν ἐστένομεν. (νῦν
νῦν δ' ὁ μὲν, εἰν ἁλί που φέρεται νέκυς. ἀντὶ δ' ἐκεί-
 οὔνομα

οὔνομα, καὶ κενεὸν σᾶμα παρερχόμεθα.

Quàm nollem celeres naues transire per undas
Quæ nobis luctus caussa fuere noui.
Sopolis in medijs submersus fluctibus errat,
Nomina cum uacuo sola manent tumulo.

Στατυλλίου Φλάκκου.

Λαίλαπα, καὶ μανίην, ὀλοῆς προφυγόντα θαλάττης
ναυηγὸν λιβυκαῖς κείμενον ἐν ψαμάθοις,
οὐχ ἑκὰς ἠϊόνων, πυμάτῳ βεβαρυμένον ὕπνῳ,
γυμνὸν, ἀπὸ συγερῆς ὡς κάμε ναυφθορίης,
ἔκτανε λυγρὸς ἔχις. τί μάτην πρὸς κύματ' ἐμόχθει
τὴν ἐπὶ γῆς φεύγων μοῖραν ὀφειλομένην;

MORVS.

Aequoris insanas euasit naufragus undas,
Tristius Afra salo præbet harena solum.
Dum iacet ecce graui pressus prope littora somno,
Nudus, & infesto fessus abusq; freto,
Vipera trux perimit, frustra fugis æquora frustra,
Heu miser, in terris debita fata tibi.

Σιμωνίδου.

Τοὺς δέ ποτ' ἐκ σπάρτας ἀκροθίνια φοίβῳ ἄγοντας,
ἓν πέλαγος, μία νὺξ, ἓν σκάφος ἐκτέρισεν.

Primitias frugum Spartani ad Cynthium agebant,
Vnda his, nox, nauis, una agit exequias.

Λεωνίδου.

Οὐδ' εἴ μοι γελόωσα καταστορέσειε γαλήνη
κύματα, καὶ μαλακὴν φρῖκα φέροι ζέφυρος,
νηοβάτην ὄψεσθε. δέδοικα γὰρ οὓς πάρος ἔτλην
κινδύνους, ἀνέμοις ἀντικορυσσάμενος.

Non ego, si placidum uentis mare conspicer altum,
Et zephyri lenis mulceat aura caput.
Conscendam naueis, nam me discrimina terrent,
Luctaq; cum uentis displicet illa mihi.

Φιλίππου.

Ἠϊόνι τόδε σῶμα βροτοῦ πανατλήμονος ἄθρει,
σαρκὸς ἁλιρραγέων ἐκχύμενον σκοπέλων.
τῇ μὲν ἐρημοκόμης κεῖται, καὶ χῆρος ὀδόντων
κόρσης τῇ δὲ χερῶν πενταφυεῖς ὄνυχες.
πλευρά τε σαρκολιπῆ. ταρσοὶ δ' ἑτέρωθεν ἄμοιροι
νεύρων, καὶ κώλων ἔκλυτος ἁρμονίη. (ςοι
οὗτος ὁ πουλυμερὴς, εἷς ἦν ποτε. φεῦ, μακαριστοὶ,
ὅσσοι ἀπ' ὠδίνων οὐκ ἴδον ἠέλιον.

ALCIATVS.

Hic hominis miseri tumulus, quem conspicis hospes
Illisum, undifragis & lacerum scopulis.
Intus habet caluumq; caput, & dentibus ora
Iam uidua, & teneris ossa relicta genis.
Carneq; desertas costas, expertia neruis
Dorsaq;, iuncturis membraq; fracta suis.

Quæ

Quæ nunc mille tenent partes discrimina plures
Dum prope nos essent integer unus erat.
Felix hic felix qui nunquam nascitur, aut qui
Mox ubi prognatus per loca furua redit.

Λεωνίδου.

Ἄτρομος ἐκ τύμβου λῦε πείσματα ναυηγοῖο,
χἠμῶν ὀλλυμένων ἄλλος ἐπεντοπόρει.

Naufragi trepidus dubitas soluisse rudentes?
Nauibus & post nos, pontus onustus erit.

Ἀδήλου.

Ναυτίλε, μὴ πεύθου τίνος ἐνθάδε τύμβος ὅδ' εἰμί,
ἀλλ' αὐτὸς πόντου τύγχανε χρηστοτέρου.

Nauita ne quæras posita est cui parua columna hæc,
Sed tibi sit ponti mitior aura precor.

Ἀντιπάτρου.

Ναυαγοῦ τάφος εἰμί. σὺ δὲ πλέε. καὶ γὰρ ὅθ' ἡμεῖς
ὠλλύμεθ', αἱ λοιπαὶ νῆες ἐπεντοπόρουν.

Naufragi ego tumulus, quid cessas? tendito uela,
Tum quoq; quum perij nauita multus erat.

ΕΙΣ ΝΕΟΥΣ ΚΑΙ ΝΕΑΣ.

Θεσμοὶ μὲν μεμέληντο συνήθεες ἀγαθονίκῳ,
μοῖρα δὲ δαιμαίνῃ οὐ δεδάηκε νόμους.
ἀλλά μιν ἁρπάξασα, σοφῶν ἤμερσε θεμίστων,

V

οὔπω τῆς νομίμης ἔμπλεον ἡλικίης·
οἰκτρὰ δ' ὑπὲρ τύμβοιο κατεστονάχησαν ἑταῖροι
κείμενον, οὗ θιάσου κόσμον ὀδυρόμενοι.
ἡ δὲ κόμην τίλλουσα, γόῳ πλήκτιζετο μήτηρ,
αἶ, αἶ, τὸν λαγόνων μόχθον ἐπισταμένη.
ἔμπης ὄλβιος οὗτος, ὃς ἐν νεότητι μαρανθεὶς,
ἔκφυγε τὴν βιότου θᾶσσον ἀλιτροσύνην.

ALCIATVS.

Dum meditare Agatho non scripti munia iuris,
Haud timuit leges Parca seuera tuas.
Sed rapiens iustis te abduxit legibus, ætas
Quum pubescenti nec tibi iusta foret.
At miseri impositum tumulo fleuere sodales
Totius Thiasi qui decus unus eras.
Ipsa parens conuulsa comam, tot passa dolores
Frustra uteri, lachrymis non sinit esse modum.
Tu tamen ô fœlix prima sublate iuuenta,
Fugisti uitæ protinus insidias.

παύλου Σιλεντιαρίου.

Ὥριος εἶχέ σε παστὰς, ἀώριος εἷλέ σε τύμβος,
εὐθαλέων χαρίτων ἄνθος ἀναστασίη.
σοὶ γενέτης, σοὶ πικρὰ πόσις καταδάκρυα λείβει,
σοὶ τάχα καὶ πορθμεὺς δακρυχέει νεκύων.
οὐ γὰρ ὅλον λυκάβαντα διήνυσας ἄγχι συνεύνου
ἀλλ' ἑκκαιδεκέτιν φεῦ κατέχει σε τάφος.

Maturo es thalamo, tumulo sed tradita acerbo,
Quæ redoles Charites florida Anastasia.
Te lachrymis genitor decorat, tua funera coniunx
Deflet, & in luctu portitor ipse uehit.
Annum etenim nondum tuleras coniuncta maritum,
Persephonesq; domum post tria lustra petis.

ΕΙΣ ΠΟΙΗΤΑΣ.

Εἰς Ὅμηρον.

Ἀντιπάτρου.

Ἐνθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει
ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρον.

GVAR. VERONEN.

Conditur hoc tumulo uates diuinus Homerus,
Heroum cecinit qui bene gesta ducum.

Hic sacrum terra caput occultatur Homeri,
Qui canere heroum præstantia facta solebat.

Εἰς τὸν αὐτὸν τοῦ αὐτοῦ.

Ἐνθάδε θεῖος Ὅμηρος, ὃς Ἑλλάδα πᾶσαν ἄεισε,
Θήβης ἐκ γεγαὼς τῆς ἑκατονταπύλου.

Hic situs est diuus Græcorum scriptor Homerus,
Quem centum portis splendida Theba dedit.

Εἰς Ὀρφέα. Ἀντιπάτρου.

Οὐκ ἔτι θελγομένας Ὀρφεῦ δρύας, οὐκ ἔτι πέτρας

ἄξεις, οὐ θηρῶν αὐτονόμους ἀγέλας. (ζαν,
οὐκ ἔτι κοιμάσεις ἀνέμων βρόμον, οὐχὶ χάλα-
οὐ νιφετῶν συρμούς, οὐ παταγεῦσαν ἅλα.
ὤλεο γάρ. σὲ δὲ πολλὰ κατωδύραντο θύγατρες
μναμοσύνας, μάτηρ δ' ἔξοχα καλλιόπα.
τί φθιμένοις στοναχεῦμεν ἐφ' υἱάσιν, ἁνίκ' ἀλαλ-
τῶν παίδων ἀΐδην οὐδὲ θεοῖς δύναμις; (κεῖν

[illegible]s.

Non quercus, non saxa modò de rupibus Orpheũ
Non armenta tuo carmine mota trahes.
Iam neq; mulcebis uentos, nec grandine cœlum
Tristius, aut niueis nubila facta globis.
Nam tua Mnemosynes lachrymantur fata sorores,
Et genitrix multum Calliopea dolet.
Mortua cur flemus natorum corpora? quando
Diui non possunt asserere inde suos.

[illegible]

Demulsas quercus non duces, nulla sequetur
Orpheũ te aut petra, aut te fera syluicola.
Non sopies uentos, per te nec grando quiescet,
Non niuium casus, non fremitusq; maris.
Perderis, & natæ te lugent sæpe nouenæ
Mnemosynes, mater dein bona Calliope.
Pro natis hominum frustra lugemus, ubi ipsos
Diuorum proles mors uiolenta rapit.

Εἰς

Εἰς Ἀνακρέοντα.

Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων αἰγυπτίου.

πολλάκι μὲν τόδ᾽ ἄεισα, καὶ ἐκ τύμβου δὲ βοήσω,
πίνετε, πρὶν ταύτην ἀμφιβάλησθε κόνιν.

INCERTI.

Sæpius hoc dixi, quod post mortem quoq; dicam,
Nunc potate, prius quàm tegat ossa cinis.

Sæpe quidem cecini, clamoq; ex carcere terræ,
Nunc bibe, quid superest? quàm cito puluis eris.

Εἰς Ἴβυκον. Ἀντιπάτρου.

Ἴβυκε, λῃϊσταί σε κατέκτανον ἔκ ποτε νήσου
βάντες ἐς ἐρημαίην ἄστιβον ἠϊόνα,
πόλλ᾽ ἐπιβωσάμενον γεράνων νέφος. αἵ τοι ἵκον(το
μάρτυρες, ἄλγιστον ὀλλυμένῳ θάνατον.
οὐδὲ μάτην ἰάχησας, ἐπεὶ ποινή τις ἐριννὺς
τῶν δὲ διὰ κλαγγὴν τίσατο σεῖο φόνον,
σισυφίην κατὰ γαῖαν. ἰὼ φιλοκερδέα φῦλα
λῃϊστέων, τί θεῶν οὐ πεφόβησθε χόλον;
οὐδὲ γὰρ ὁ προπάροιθε κανὼν αἴγισθος ἀοιδὸν,
ὄμμα μελαμπέπλων ἔκφυγεν εὐμενίδων.

PETRVS AEGIDIVS.

Quondam ad desertum uenientes Ibyce littus
Vitam prædones eripuere tibi.
Sæpe gruum nubem imploranti, quæ tibi testes
Aduenere necis quum morere tuæ.

Attamen haud frustra, siquidem clangore uolucrum
Sisyphio cædem est Eumenis ulta solo.
Latronum genus heu cupidum lucri atq; rapinæ,
Cur uos nequaquam terruit ira deûm?
Quando nec Aegisthus, uatem qui occiderat olim
Atrarum occursus fugerat Eumenidum.

Εἰς τὸν Εὐριπίδην. Ἴωνος.

Οὐ σὸν μνῆμα τόδ' ἔστ' Εὐριπίδη, ἀλλὰ σὺ τοῦδε,
τῇ σῇ γὰρ δόξῃ μνῆμα τόδ' ἀμπέχεται.

[illegible]S.

Non monumenta tibi posita hæc, sed tu monumentum
Es monumenti huius, aut magis umbra tua hæc.

Εἰς Ἀνακρέοντα. Ἀντιπάτρου.

Ὦ ξεῖνε, τόνδε τάφον τὸν Ἀνακρείοντος ἀμείβων,
σπεῖσόν μοι παριών. εἰμὶ γὰρ οἰνοπότης.

[illegible]S.

Quisquis Anacreontis amas uenerare sepulchrum,
Circumiens liba, potor enim ipse fui.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Πολλὰ πιὼν τέθνηκας Ἀνάκρεον, ἀλλὰ τρυφήσας
καὶ σὺ δὲ, μὴ πίνων, ἵξεαι εἰς Ἀΐδην.

[illegible]S.

Plurima quum potasset Anacreon, iuit ad orcum,
Huc quoq; descendes, pauca nihil' ue bibens.

ΕΙΣ ΑΝΩΝΥΜΟΥΣ ΠΟΙΗΤΑΣ.

Εἰς Μουσαῖον.

Εὐμόλπου φίλον υἱὸν ἔχει τὸ Φαληρικὸν οὖδας
Μουσαῖον.

Μουσαῖον, φθίμενον σῶμ' ὑπὸ τῷδε τάφῳ.

LAER. INTERP.

Eumolpi exanimem Musæum terra Phalerûm
Continet hoc tumulo pignora chara patris.

BENTINVS.

Eumolpi exanimem Musæum terra Phalera
Claudit in hoc tumulo, pignora chara patris.

GVLIEL. DE MARA.

Eumolpi charum nunc terra Phalerica natum
Musæum in cineres contegit hoc tumulo.

Εἰς Λίνον.

Ἧδε Λίνον Θηβαῖον ἐδέξατο γαῖα θανόντα,
Μούσης οὐρανίης υἱὸν ἐϋστεφάνου.

LAER. INTERP.

Candida purpureis redimitum tempora sertis
Thebanum Vraniæ continet urna Linum.

Εἰς Ὀρφέα.

Θρήϊκα χρυσολύρην τῇδ' Ὀρφέα Μοῦσαι ἔθαψαν,
ὃν κτάνεν ὑψιμέδων Ζεὺς ψολόεντι βέλει.

LAER. INTERP.

Orphea candenti transfixum fulmine Thracem.
Cum curua Aonides hic posuere lyra.

CHRIS. LANDINVS.

Orphea Chrysolyram Musæ hoc posuere sepulchro,
Fulmine quem strauit Iuppiter alta uidens.

BENTINVS.

Orphea candenti traiectum fulmine Thracem,
Cum aurata Aonides hic posuere lyra.

MARVLLVS.

Orphea dum miseranda parens tumularet ademptũ,
Tractaq; mellifluì cerneret ora uiri.
At tu nate facis dixit præconia diuis.
Quid nisi damnatus fulmine & Enceladus?

ΕΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΣ.

Ἐς Πλάτωνα.

Γαῖα μὲν ἐν κόλποις κρύπτει τόδε σῶμα Πλάτωνος
ψυχὴ δ᾽ ἀθανάτων τάξιν ἔχει μακάρων,
υἱοῦ Ἀρίστωνος. τόν τις καὶ τηλόθι ναίων
τιμᾷ ἀνὴρ ἀγαθὸς, θεῖον ἰδόντα βίον.

GVAR. VERONEN.

Tellus membra sinu condit moribunda Platonis,
At felix animam cœtus habet superũm.
Longinqui hoc celebrant, diuina huic cognita uita est,
Clarus Athenarum ciuis Aristo erat.

LAER. INTERP.

Occulit hic corpus diuini terra Platonis,
At superas sedes spiritus ipse tenet.
Aristone sati, procul hunc diuina uidentem,
Longe habitans seruat uir bonus atque colit.

BENTINVS.

Corpus habet gremio contectum terra Platonis,
Mens sed habet superũm tecta beata deũm.
Diuinum quem iam ueneratur quisquis honestus,
Et probus est, cuius uel procul est regio.

Σπεύ-

Σπευσίππου.

Σῶμα μὲν ἐν κόλποις κατέχει τόδε γαῖα Πλάτωνος,
ψυχὴ δ' ἰσοθέων τάξιν ἔχει μακάρων.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Αἰετὲ, τίπτε βέβηκας ὑπὲρ τάφον; ἢ τίνος εἰπὲ
ἀστερόεντα θεῶν οἶκον ἀποσκοπέεις;
Ψυχῆς εἰμὶ Πλάτωνος ἀποπταμένης ἐς ὄλυμπον
εἰκών. σῶμα δὲ γῆ γηγενὲς, ἀτθὶς ἔχει.

LAER. INTERP.

Quid monumenta ſuper uolucrum regina uolaſti?
Tu mihi dic ſuperûm quam tueare domum?
Aſtra petens animæ ſum clara Platonis imago,
Progenitum terra corpus at Atthis habet.

BENTINVS.

Quid monumenta ſuper uolucrum regina uolaſti?
Tu mihi dic ſuperûm quam tueare domum?
Diua egó ſublati in cœlum feror umbra Platonis.
Terrenum at corpus Attica ſeruat humus.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Καὶ πῶς, εἰ μὴ Φοῖβος ἀν' Ἑλλάδα φῦσε Πλάτωνα,
ψυχὰς ἀνθρώπων γράμμασιν ἠκέσατο;
Καὶ γὰρ ὁ τοῦδε γεγὼς, ἀσκληπιός ἐστιν ἰητὴρ
σώματος, ὡς ψυχῆς ἀθανάτοιο Πλάτων.

LAER. INTERP.

En animas hominum quonam curaſſet Apollo
Luſtraſſet ſi non oppida Græca Plato?

Corporibus medicans hic sed Epidaurius ægris
Filius, ut sapiens est animæq; Plato.

BENTINVS.

Ni doctum Græcis genuisses Phœbe Platonem,
Prorsus nemo animis qui medeatur erat.
Corporis est medicus satus ex te Asclepius ægri,
Aeternæ ut sapiens est animæ ipse Plato.

Εἰ τὸν αὐτόν.

Φοῖβος ἔφυσε βροτοῖς ἀσκληπιὸν, ἠδὲ πλάτωνα.
τὸν μὲν, ἵνα ψυχὴν, τὸν δ' ἵνα σῶμα σάοι.
δαισάμενος δὲ γάμον, πόλιν ἤλυθεν. ἥν ποθ' ἑαυ
ἔκτισε, καὶ δαπέδῳ Ζηνὸς ἐνιδρύσατο. (τῷ

LAER. INTERP.

Occidit ut Titan, Epidaurion, atq; Platonem
Protulit, hunc animæ, corporis hunc medicum.
Coniugia at separans petijt quam condidit urbem,
Inq; solo magni ponitur inde Iouis.

BENTINVS.

Produxit nobis Asclepion atq; Platonem
Phœbus, ut hic corpus curet, & ille animum.
Coniugium celebrare uolens, quam condidit olim
Vrbem adit ipse, Iouis quamq; solo posuit.

Εἰς Δημόκριτον.

Καὶ τίς ἔφυ σοφὸς ὧδε; τίς ἔργον ἔρεξε τοσοῦτον,
ὅσσον ὁ παντοδαὴς ἤνυσε Δημόκριτος;
ὃς θάνατον παρεόντα, τρί' ἤματα δώμασιν ἔσχεν.

καὶ

καὶ θερμοῖς ἄρτων ἄθμασιν ἐξένισεν.

LAER. INTERP.

Dixit opus sapiens unquam quis tale peregit
Fecit quale sciens omnia Democritus?
Qui per tres tenuit præsentia funera soles
In panum calidis hospes anhelitibus.

BENTINVS.

Quisnam tam sapiens uisus qui tale patrarit
Vnquam, quale sciens omnia Democritus?
Qui per tres tenuit præsentia fata dies, &
Illa recens cocti panis odore aluit.

Εἰς Διογένη τὸν κύνα.

Εἰπὲ κύον, τίνος ἀνδρὸς ἐφεστὼς σῆμα φυλάσσεις;
τοῦ κυνός. ἀλλὰ τίς ἦν οὗτος ἀνὴρ ὁ κύων;
Διογένης. γένος εἰπέ; σινωπεύς. ὃς πίθον ᾤκει;
καὶ μάλα. νῦν δὲ θανὼν, ἀστέρας οἶκον ἔχει.

AVSONIVS.

Dic canis, hic cuius tumulus? canis. at canis ecquis?
Diogenes. obijt? non obijt, sed abit.
Diogenes cui pera penus, cui dolia sedes.
Ad manes abiji? Cerberus ire uetat.
Quonam igitur? claræ flagrat qua stella leonis.
Additus est iustæ nunc canis Erigonæ.

Εἰς τὸν αὐτὸν ὡς ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

Αἴδος ὦ νεκυηγὲ κεχαρμένε δάκρυσι πάντων,
ὃς βαθὺ πορθμεύεις τοῦτ' Ἀχέροντος ὕδωρ.

Εἰ καὶ

εἰ καί σοι βέβριθεν ὑπ' εἰδώλοισι καμόντων
 ὁλκάς, μὴ προλίπῃς Διογένη με κύνα.
ὄλπην καὶ σκίπωνα φέρω, καὶ διπλόον εἷμα,
 καὶ πήρην, καὶ σοὶ ναυτιλίης ὀβολόν.
καὶ ζωὸς τάδε μοῦνον, ἃ καὶ νέκυς ὧδε κομίζω,
 εἶχον. ὑπ' ἠελίῳ δ' οὔτι λέλοιπα φάει.

Vmbrarum uector lachrymas miseratus acerbas,
 Altum qui Manes trans Acheronta uehis.
Sit licet idolis umbrarum cymba referta,
 Oro ne linquas Diogenem ipse canem.
Peram habeo & baculũ, duplici sum tegmine cinctus,
 Et tibi uectori præmium adest obolus.
Illa habui uiuus, fato functo illa supersunt,
 Nec mihi sub Solis lumine quid reliquum est.

Εἰς Θαλῆν.

τόνδε Θαλῆν Μίλητος Ἰὰς θρέψασ' ἀνέδειξεν
 ἀστρολόγων πάντων πρεσβύτατον σοφίῃ.

LAER. INTERP.

Hunc, quæ nutriuit Milesia terra Thaletem,
 Consilio primum prodidit astrologum.

BENTINVS.

Hunc, quæ nutriuit Milesia terra Thaletem,
 Astrologum primi nominis ipsa tulit.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἦ ὀλίγον τὸ σῆμα, τὸ δὲ κλέος, οὐρανόμηκες

τοῦ

τοῦ πολυφροντίστου τοῦδε Θάλητος ὅρη.

LAER. INTERP.

Nempe hic exiguus tumulus, sed sidera scandit
Gloria, sunt cuius hæc monumenta Thalæ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

γυμνικὸν αὖ ποτ' ἀγῶνα θεώμενον ἠλεῖε Ζεῦ,
τὸν σοφὸν ἄνδρα Θαλῆν ἥρπασας ἐκ σταδίου
αἰνέω ὅτι μιν ἐγγὺς ἀπήγαγες. ἦ γὰρ ὁ πρέσβυς,
οὐκ ἔθ' ὁρᾶν ἀπὸ γῆς ἀστέρας ἠδύνατο.

LAER. INTERP.

Gymnicon aspiceret quum rursus agona, Thaletem,
Traxisti è stadijs Iuppiter Eelie.
Hunc laudo cœlum propius quod duxeris, ultra
Non poterat terris astra uidere senex.

Εἰς Πιττακόν.

Καλλιμάχου.

ξεῖνος ἀταρνείτης τὶς ἀνείρετο Πιττακὸν οὕτω,
τὸν μιτυληναῖον παῖδα τὸν ὑῤῥαδίου.
ἄττα γέρον, δοιός με καλεῖ γάμος. ἡ μία μὲν δὴ
νύμφη, καὶ πλούτῳ, καὶ γενεῇ κατ' ἐμέ.
ἡ δ' ἑτέρη, προβέβηκε. τί λώϊον; εἰ δ' ἄγε μοι σὺ
βούλευσον ποτέρην εἰς ὑμέναιον ἄγω.
εἶπεν. ὁ δὲ, σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον ἀείρας,
ἠνὶ ἢ κεῖνοί σοι πᾶν ἐρέουσιν ἔπος.
οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες,
ἔστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ.

κείνων ἔρχεο φησὶ μετ' ἴχνια. χὢ μὲν, ἐπέστη
 πλησίον. οἱ δ' ἔλεγον, τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.
ταῦτ' ἀΐων ὁ ξεῖνος, ἐφείσατο μείζονος οἴκου
 δράξασθαι, παίδων κληδόνι συνθέμενος.
τὴν δ' ὀλίγην ὡς κεῖνος ἐς οἶκον ἐπήγετο νύμφην,
 οὕτω καὶ σύ γ' ἰὼν τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

LAER. INTERP.

Hospes Atarnites rogitauit Pittacon olim
Sic Mitylenæon Hyrrhadioq; satum.
Magnæ senex geminæ cupiunt mihi nubere, quarum
Et genere atq; opibus conuenit una mihi,
Altera præcellit, quid præstat consule, dicq;,
Vtra ex his potius sit capienda mihi?
Hic baculum tollens, sic, tela senilia, dixit.
Consilium pueri, quod petis, expedient.
Queis celer in gyrum iactatus uerbere turbo
Assiduo, latis uertitur in triuijs.
I, sequere illorum monitus, sic fatur, at ille
Scitatur, referunt, tu tibi sume parem.
Quæ postquam audiuit, monitis puerilibus hærens
A magnis hospes abstinuit thalamis,
Atq; parem, paruas lætus traduxit in ædes.
Sic Dion æqualem si sapis ipse cape.

BENTINVS.

Nuper Atarnæus rogitabat Pittacon hospes
Hyrrhadij natum, quem Mytilena tulit.

Chare

Chare ſenex, gemina inuitat me teda, puella
Vna mihi par eſt gente, ſimulq́; opibus,
Altera ſed præſtat: tu fare quod expedit oro,
Ducenda in thalamos utra mihi uxor erit?
Dixerat, ille breui elato, ſenis arma, bacillo,
Ecce, ait, hi totam rem, mihi credė, docent.
Illi autem celeres ſcuticis leuioribus orbes
Gyrabant latis in triuijs pueri.
I, ſequere illorum ueſtigia dicit, & ille
Accedit, recinunt, tu tibi ſume parem.
Hæc ubi deprendit, iuuenum æquis luſibus hoſpes
Commonitus, magnis ædibus abſtinuit,
Ac tenuem modicas uxorem duxit in ædes.
Ergo Dion poſthac tu tibi ſume parem.

ALCIATVS.

Pittace me uinclis ſociare iugalibus opto,
Optat & in noſtram ſponſa uenire manum.
Sunt mihi quæ æquales, ſunt & quæ ſanguine præſtãt,
Conſule qua potius conditione fruar?
In triuium decurre, agitur quum uerbere turbo,
Et facito, pueri quæ tibi iuſſa dabunt.
Nam prope ſi illorum ſteteris ueſtigia, clament
Stes procul, æquali tramite teq́; feras.

Εἰς Βίαντα.

κλεινοῖς ἐν δαπέδοισι πριήνης φύντα καλύπτει
ἥδε Βίαντα πέτρη, κόσμον ἴωσι μέγαν.

LAER. INTERP.

Petra Prienæum tegit hic commiſſa Biantem.
Ornamentum ingens qui fuit Ionijs.

BENTINVS.

Petra Prienæum tegit hæc bene culta Biantem.
Ornamentum ingens qui fuit Ionijs.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Τῇδε Βίαντα κέκευθα, τὸν, ἀτρέμας ἤγαγεν ἑρμῆς
εἰς ἀΐδην, πολιῷ γήραϊ νιφόμενον.
εἶπε γὰρ εἶπε δίκην ἑτάρου τινός. εἶτ᾽ ἀποκλινθεὶς,
παιδὸς ἐς ἀγκαλίδας μακρὸν ἔτεινεν ὕπνον.

LAER. INTERP.

Petra Bianta tegit ſtygias Cyllenius undas
Quem duxit niueum tempora canicie.
Perpetuam noctem pueri dormiuit in ulnis,
Dixerat ut ſocij credita iura ſibi.

BENTINVS.

Hic ſitus eſt Bias, Hermes quem duxit ad orcum
Albentem niueis tempora cana pilis.
Vt cauſam dixit ſocij, inclinatus in ulnas
Mox pueri, ſomnum ſoluitur in tenuem.

Εἰς Ἀνάχαρσιν.

Ες σκυθίην ἀνάχαρσις ὅτ᾽ ἤλυθε πολλὰ μογήσας
πάντας ἔπειθε βιοῦν ἤθεσιν ἑλλαδικοῖς.
τὸν δ᾽ ἔτι μῦθον ἄκραντον ἐνὶ στομάτεσσιν ἔχοντα
πτηνὸς ἐς ἀθανάτους ἥρπασεν ὦκα δόναξ.

LAER. INTERP.

Suadebat Scythicas errans Anacharsis in oras
Moribus hos omnes uiuere Cecropidum.
Verba leuis nondum modulata sub ore tenentem,
Hunc immortales traxit arundo deos.

BENTINVS.

In Scythiam patriam rediens Anacharsis ad oras,
Orabat Græco uiuere more suos.
Vix ea quum summo infelix uersaret in ore
Verba, senem superis dira sagitta dedit.

Εἰς Δίωνα τὸν συρακούσιον.

πλάτωνος.

Δάκρυα μὲν ἑκάβῃ τε, καὶ ἰλιάδεσι γυναιξὶ
μοῖραι ἐπέκλωσαν δὴ τότε γεινομέναις.
σοὶ δὲ Δίων ῥέξαντι καλὸν ἐπινίκιον ἔργον,
δαίμονες εὐρείας ἐλπίδας ἐξέχεαν.
κεῖσαι δ᾽ εὐρυχόρῳ ἐν πατρίδι τίμιος ἀστοῖς,
ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι Δίων.

BENTINVS.

Et lachrymas Hecubæ, & Troianis fata puellis
Decreuere recens ex genitrice satis.
At tibi post partos præclaro Marte triumphos
Spes reliqua est nullis clare Dion superis.
Te patria ampla fouet, cumulat te ciuis honore,
Quo mihi nunc mentem perdis amore Dion!

Εἰς Θεόφραστον.

Οὐκ ἄρα τοῦτο μάταιον ἔπος μερόπων τινὶ ἐλέχθη,
ῥήγνυσθαι σοφίης τόξον ἀνιέμενον.
δὴ γὰρ καὶ Θεόφραστος ἕως ἐπόνει μὲν, ἄπηρος
ἦν δέμας. εἶτ' ἀνεθεὶς, κάτθανε πηρομελής.

LAER. INTERP.

Non arcum frangi sapientis posse remissum
Vana hæc nullius uerba fuere uiri.
Dum fuit intento Theophrastus corpore uixit,
Corpora sed postquam fessa remisit, obit.

BENTINVS.

Haud uane quidam, studij, si forte relaxes,
Rumpi arcum dixit, quisquis homo ille fuit.
Nam uegetus Theophrastus erat, firmusq; labore:
Laxauit postquam membra labore, obijt.

[illegible]s.

Ni foret intentus sapientis frangier arcum,
Veridici sanè uerba fuere uiri.
Nanq; opere aßiduo ualuit Theophrastus, & idem
Laxato studio, membra solutus obit.

Εἰς Ἡρακλείδην.

Ἤθελες ἀνθρώποισι λιπεῖν φάτιν Ἡρακλείδη,
ὡς ἄρα θανὼν, ἐγένου ζωὸς ἅπασι δράκων.
ἀλλὰ διεψεύσθης σεσοφισμένε. δὴ γὰρ ὁ μὲν θὴρ,
ἦν δράκων, σὺ δὲ θὴρ, οὐ σοφὸς ὢν, ἑάλως.

LAER. INTERP.

Clarus Heraclide uoluisti uiuere fama,
Omnibus extinctus quod draco uiuus eras.
Es male mentitus, fallens fuit aspera serpens
Bellua, non sapiens tu fera capta iaces.

BENTINVS.

Mirum Heraclides quid tantum optaueris amens
Post mortem nobis ut uiderere draco.
Falsus at es, mihi crede, fuit nam bellua uere
Ille draco, sed eras bellua non sapiens.

Εἰς Πυθαγόραν.

Οὐ μόνος ἐμψύχων ἄπεχες χέρας, ἀλλὰ καὶ ἡ(μεῖς
τίς γάρ, ὃς ἐμψύχων ἥψατο Πυθαγόρη;
ἀλλ' ὅταν ἑψηθῇ τε, καὶ ὀπτηθῇ, καὶ ἁλισθῇ,
δὴ τότε καὶ ψυχὴν μὴ ἔχον, ἐσθίομεν.

LAER. INTERP.

Non refugis solus, sed nos animata uetamus,
Viuida Pithagorae fercula nullus edit.
Ast ubi lixatum uel coctum siue salitum,
Tunc edimus, quoniam spiritus omnis abit.

BENTINVS.

Haudquaquam solus tu animatis abstinuisti,
Quisnam animata uorat, dic mihi Pythagora?
Verum ubi quid tostum est, elixum, uel sale sparsum,
Tunc edimus, quoniam spiritus omnis abest.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Αἶ, αἶ, Πυθαγόρης τί τόσον κυάμους ἐσεβάσθη;
καὶ θάνε δ᾽ οὗτα φυτοῖς ἄμμιγα τοῖς ἰδίοις.
χωρίον ἦν κυάμων. ἵνα μὴ τούτους δὲ πατήσῃ,
ἐξ ἀκραγαντίνων, κάτθανεν ἐν τριόδῳ.

LAER. INTERP.

Heu heu quid tantum proprio auditore seorsum
Pythagoras fabas perueneratus obis.
Ne loca fabarum pedibus calcaret iniquis
Agragantino mortuus in triuio est.

BENTINVS.

Heu heu Pythagoras quid uile legumen adorat?
Quem in propijs fama est occubuisse fabis.
Nam ne forte fabas fugiens calcaret in agro,
Tandem Agragantino cæsus ab hoste perit.

Εἰς Ἐμπεδοκλοῦν.

Καὶ σύ ποτ᾽ Ἐμπεδόκλεις, διερῇ φλογὶ σῶμα καθῆρας,
πῦρ ἀπὸ κρητήρων ἔκπιες ἀθανάτων.
οὐκ ἐρέω δ᾽ ὅτι σαυτὸν ἑκὼν βάλες ἐς ῥόον αἴτνης,
ἀλλὰ λαθεῖν ἐθέλων, ἔμπεσες οὐκ ἐθέλων.

LAER. INTERP.

Empedocles rapida purgasti corpora flamma,
Aeternos ignes fortiter ore trahens.
Vltroneum taceam, te incendia sæua petisse.
Incidis inuitus delituisse uolens.

BENTINVS.

Empedocles rapida purgasti corpora flamma,
Aeternos ignes fortiter ore trahens.
Non dicam quod te in feruentem miseris Aetnam.
Lapsus es at nolens, delituisse uolens.

Εἰς τὸν αὐτόν. (ξης

Ναὶ μὴν ἐμπεδοκλῆα θανεῖν λόγος, ὥς ποτ' ἀμά
ἔκπεσε, καὶ μηρὸν κλάσσατο δεξιτερόν.
εἰ δὲ πυρὸς κρητῆρας ἐσήλατο, καὶ πίε, τὸ ζῆν.
πῶς ἂν ἔτ' ἐν μεγάροις δείκνυτο τοῦδε τάφος;

LAER. INTERP.

Cruribus Empedocles confractis dicitur esse
Mortuus, è curru quum cecidisset humi.
Si se flagrantem uicturus iecit in Aetnam,
Quomodo nunc Megaris structa sepulchra uides?

BENTINVS.

Cruribus Empedocles collisis dicitur esse
Mortuus, è curru quum cecidisset humi.
Si se flagrantem malesanus iecit in Aetnam,
Quomodo adhuc Megaris structa sepulchra uides?

Εἰς Ἐπίχαρμον.

Εἴ τι παραλλάσσει φαέθων μέγας ἥλιος ἄστρων,
καὶ πόντος, ποταμῶν μείζον' ἔχει δύναμιν,
φαμὶ τοσοῦτον ἐγὼ σοφίᾳ προέχειν ἐπίχαρμον
ὃν πατρὶς ἐστεφάνωσ' ἅδε συρακοσίων.

LAER. INTERP.

Quàm superat Phaëton ingentis sidera cœli,
Quanto uis pelago maior inest fluuijs,
Tantum ego iam dico sophia præstare Epicharmum,
Cui dedit hæc patria florida serta comis.

BENTINVS.

Quantum sol uincit sublimis sidera cœli,
Quanto uis pelago maior inest fluuijs,
Tantum ego profiteor sophia præstare Epicharmum,
Cui Syracusa comis patria serta dedit.

Εἰς Φιλόλαον.

Τὴν ὑπόνοιαν πᾶσι μάλιστα λέγω θεραπεύειν.
εἰ γὰρ καὶ μὴ δρᾷς, ἀλλὰ δοκεῖς, ἀτυχεῖς.
οὕτω καὶ Φιλόλαον ἀνεῖλε κρότων ποτὲ πάτρη.
ὥς μιν ἔδοξε θέλειν δῶμα τύραννον ἔχειν.

LAER. INTERP.

Suspicio dico cunctis est usque cauenda.
Nil agis infelix, quum uidearis agis.
Patria sic Croton Philolaum sustulit olim,
Regnum affectantes credula habere manus.

BENTINVS.

Suspicio haud res est minimi, mihi crede, pericli,
Non pecces quicquam, si uideare, facis.
Sic Philolaë Croton te patria perdidit olim
Te arbitrata trucem uelle tyrannum agere.

MORVS.

Magnam habet in rebus uim ac pondus, opinio. non uis

Lædere

Lædere, uelle tamen si uideare, peris.
Sic & Philolaum quondam occidêre Cretenses,
Quem falsò credunt uelle tyrannum agere.

Εἰς Ἡράκλειτον.

Πολλάκις ἡράκλειτον ἐθαύμασα, πῶς ποτε τὸ ζῆν
ὧδε διαντλήσας, δύσμορος εἶτ' ἔθανεν.
σῶμα γὰρ ἀρδεύουσα κακὴ νόσος ὕδασι, φέγγος
ἔσβεσεν ἐκ βλεφάρων, καὶ σκότον ἠγάγετο.

LAER. INTERP.

Sæpe ego miratus quondam quonam modo posset
Heraclitus uitæ uiuere difficilis.
Est tamen extinctus, quum corpora namque rigasset
Lympha, diem extinxit, attulit & tenebras.

BENTINVS.

Heraclitum ego miratus sum sæpe, quod olim
Sic uitam infelix hausit, & inde obijt.
Nam malus ossa rigans, & aquosus corpore languor
Extincto inuexit lumine mox tenebras.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἡράκλειτος ἐγώ. τί με ὦ κάτω ἕλκετ' ἄμουσοι;
οὐχ ὑμῖν ἐπόνουν, τοῖς δὲ μ' ἐπισταμένοις.
εἷς ἐμοὶ ἄνθρωπος, τρισμύριοι. οἱ δ' ἀνάριθμοι,
οὐδείς. ταῦτ' αὐδῶ καὶ παρὰ φερσεφόνῃ.

LAER. INTERP.

Heraclitus ego, quid me uexatis iniqui?
Non uos, sed doctos, tam graue quærit opus.

Est mihi solus homo triginta millia, plures,
Nullus homo, stygijs hæc quoq; narro deis.

BENTINVS.

Sum Heraclitus ego, quid me uexatis inepti?
Non uos, sed doctos, tam graue quærit opus.
Vnus homo est nobis id quod ter mille, sed unus
Vix sunt innumeri, & manibus hæc recito.

Εἰς Ζήνωνα τὸν ἐλεάτην.

Ηθελες ὦ Ζήνων καλὸν, ἤθελες ἄνδρα τύραννον
κτείνας, ἐλκύσαι δουλοσύνης ἐλέαν. (μῳ
ἀλλ' ἐδάμης. δὴ γάρ σε λαβὼν ὁ τύραννος, ἐν ὅλ
κόψε. τί τοῦτο λέγω; σῶμα γὰρ, οὐχὶ δὲ σέ.

LAER. INTERP.

Tu bona quæsisti crudelis scæna tyranni,
Eleus ut populus, libera turba foret.
Fractus es ast inter mortaria cæde tyranni
Non ego te Zeno, sed tua membra cano.

BENTINVS.

Fortiter extincto uoluisti Zeno tyranno
Tristi Eleam patriam seruitio excutere.
Victus es infelix sæui tamen arte tyranni,
Arreptum qui te contudit ære cauo.

Εἰς Πρωταγόραν.

Καὶ σε Πρωταγόρη, φάτιν ἔκλυον, ὡς ἄρ' ἀθηνῶν
ἔκ ποτ' ἰὼν, καθ' ὁδὸν πρέσβυς ἐὼν ἔθανες.
εἵλετο γάρ σε φυγεῖν κέκροπος πόλις. ἀλλὰ σὺ
(μὲν που

παλλάδος ἄστυ φύγες. πλουτέα δ᾽ οὐκ ἔφυγες.

LAER. INTERP.

Te quoq; Protagoram redeuntem fertur Athenis
Nigra senem media regna perisse uia.
Cecropis urbs potuit, potuisti Palladis urbem
Linquere, non potuit styx uiolenta fugi.

BENTINVS.

Te quoq; Protagoram redeuntem fertur Athenis
Iam uetulum media mortem obijsse uia.
Cecropis urbs potuit, potuisti Palladis urbem
Linquere, non potuit styx uiolenta fugi.

Εἰς Κράτητα ὁμοιότροπον τοῦ
εἰς Σαρδανάπαλον. (σὺν
τόσσ᾽ ἔχω, ὅσσ᾽ ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ μουσῶν
σεμνὰ ἐδάην. τὰ δὲ πολλὰ, καὶ ὄλβια τύμβος
BENT. (ἔμαρψεν.

Tantum habeo quantum didici, quantumq; labore
Percepi, & studio, rapuit sed cætera tumba.

Εἰς Ἐπίκτητον, ἰσόψηφον.

Λεωνίδου.

Δοῦλος ἐπίκτητος γενόμην καὶ σῶμ᾽ ἀνάπηρος.
καὶ πενίην ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

GAZA.

Seruus Epictetus fueram qui corpore mancus,
Pauperie pressus, charus eram superis.

VOLATER.

Seruus Epictetus genitus sum, corpore claudus,

Paupertate Irus, dijs & amicus ego.

καλλιμάχου.

Εἶπέ τις ἡράκλειτε τεὸν μόρον. ἐς δέ με δάκρυ
ἤγαγεν. ἐμνήσθην δ' ὁσσάκις ἀμφότεροι
ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν. ἀλλὰ σὺ μέν που
ξεῖν' ἁλικαρνασεῦ τετράπαλαι σποδιή.
αἱ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες. ᾗσιν ὁ πάντων
ἁρπακτὴς ἀΐδης, οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ.

LAER. INTERP.

Heraclite mihi quidam tua funera dixit,
Et subito lachrymis immaduere genæ.
Venit & in mentem quoties accessimus ambo
Ad solem, ut nobis mutua uerba forent.
Puluis es exiguus nunc hospes, sed tua Musa
Viuit, Plutonis non timet atq; manus.

BENTINVS.

Heraclite mihi quidam tua funera dixit,
Et subito lachrymis immaduere genæ.
Quum memini longos quoties consumpsimus ambo
Soles, miscentes seria multa iocis.
Puluis at es tenuis nunc hospes, sed tua Musa
Viuit, Plutonis nec timet illa manus.

πλάτωνος.

Νῦν ὅτε μηδὲν ἄλεξις ὅσον μόνον εἶφ' ὅτι καλὸς,
ὦπται. καὶ πάντῃ πᾶσι περιβλέπεται.
Θυμὲ τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον; εἶτ' ἀνιήσῃς
ὕστερον.

ὕστερον. οὐχ οὕτω Φαῖδρον ἀπωλέσαμεν;

LAER. INTERP.

Nunc quoniam nihil est quoquò se uerterit omnis,
Solum quod pulcher uisus Alexis ait.
Spiritus os canibus quid monstras, flereq; cogis
Posterius. Phædrum non ita perdidimus.

Posterius distichon sic,

BENTINVS.

Quid mi anime os canibus prodis, mox inde molestus
Detrectas, Phædrum siccine perdidimus?

FINIS EORVM QVAE EX LIBRO TERTIO.

ΕΙΣ ΕΙΚΟΝΑΣ ΑΝΔΡΩΝ ΑΓΑΘΩΝ.

Εἰς εἰκόνα γαβριήλου ὑπάρχου ἐν βυζαντίῳ.

Λεοντίου σχολαστικοῦ.

Καὶ φαέθων γραφίδεσσιν ἔχει τύπον, ἀλλὰ χαράσσει
ἠελίου τέχνη, κρυπτομένων φαέων.
Καὶ σὲ σοφὲ πολίαρχε γράφει γαβριήλιε τέχνη,
ἐκτὸς σῶν ἀρετῶν, ἐκτὸς ὅλων καμάτων.

Artificis Phaëtonta manus solemq; serenum
Pingit, non lumen pinxerit illa tamen.
Sic tua describit pictor præses Gabrieli
Ora, sed haud mentem pingere quibit iners.

Θεαιτήτου.

Τὸν ἰουλιανὸν νομικῆς φάος, εἶπερ ἰδοῦσα
ῥώμη καὶ βερόη, πάντα φύσις δύναται.

ALCIATVS.

Iulianum Beroë, leges mirata docentem
Romaq;, dijs possunt, omnia dixit agi.

ΕΙΣ ΕΙΚΟΝΑΣ ΒΑΚΧΩΝ.

Εἰς βάκχην ἐν βυζαντίῳ
Παύλου σιλεντιαρίου.

Ἐκφρονα τὴν βάκχην, οὐχ ἡ φύσις, ἀλλ᾽ ἡ τέχνη
θήκατο, καὶ μανίην ἐγκατέμιξε λίθῳ.

Natura amentem Baccham non cernis, ab arte
Expressa est, furias spirat & ipse lapis.

Σιμωνίδου.

Τίς ἅδε; βάκχα. τίς δέ μιν ξέσε; Σκόπας.
τίς δ᾽ ἐξέμηνε, Βάκχος ἢ Σκόπας; Σκόπας.

ALCIATVS.

Quae haec Baccha? Quis coelo expoliuit eam? Scopas.
Quis furere fecit, Bacchus an Scopas? Scopas.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἴσχετε τὴν βάκχην, μὴ λαΐνεη περ ἐοῦσα,
οὐδὸν ὑπερ θεμέλων νηὸν ὑπεκπροφύγῃ.

Contineas Baccham, quamuis lapis ipsa, caueto
Ne profuga hinc templi limina destituat.

ΕΙΣ ΕΙΚΟΝΑΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ.

Εἰς εἰκόνα Βερενίκης.
Ἀσκληπιάδου. οἱ δὲ, Ποσειδίππου.

Κύπριδος ἅδ᾽ εἰκὼν. φέρ᾽ ἰδώμεθα, μὴ Βερενίκας.
διστάζω ποτέραν φῇ τις ὁμοιοτέραν.

ALCIATVS.

Ambigo an hæc Veneris sit imago, uel Berenices,
Sit mage utri similis, hospes amice refer.

Εἰς εἰκόνα Ἰουστινιανοῦ βασιλέως.

Ἀντιπάτρου.

Ζηνὶ, καὶ Ἀπόλλωνι, καὶ Ἄρεϊ, τέκνον ἀνάκτωρ
εἴκελον εὐκταίῃ μητέρος εὐτοκίῃ.
πάντα τοι ἐκ μοιρέων βασιλήϊα, πάντα τέλεια
ἦλθεν. ἐπιρρίθης δ' ἔργον ἀοιδοπόλων. (δὲ
Ζεὺς σκῆπτρον βασίλειον, Ἄρης δόρυ, καλλοσύνην
Φοῖβος ἔχει. παρὰ σοὶ δ' ἀθρόα πάντα κύτει.

Cum Ioue, cum Phœbo, par est cum Marte potestas,
Regia progenies Iustiniane tibi.
Maxima quæq; tibi uenerunt numine diuûm
Carmine doctiloqui nunc celebrande uiri.
Iuppiter est sceptro insignis, Mars cuspide, Phœbus
Cognitione, sed hæc sunt data cuncta tibi.

ΕΙΣ ΖΩΓΡΑΦΟΥΣ ΚΑΙ ΑΓΑΛ-
ματουργοὺς καὶ ἁπλῶς εἰκόνας.

Εἰς εἰκόνα Ἀπέλλου.

Αὐτὸς ἑαυτὸν ἐν εἰκόνι γράψεν ἄριστος Ἀπελλῆς.

Optimus expressit seipsum sic pictor Apelles.

Εἰς ἄγαλμα Φιλίππου.

Ἡ θεὸς ἦλθ' ἐπὶ γῆν ἐξ οὐρανοῦ εἰκόνα δείξων
Φειδία,

φειδία, ἢ σύ γ' ἔβης τὸν θεὸν ὀψόμενος.

C. VRS. VELIVS.

Aut deus è cœlo Phidiæ affuit ante uidendus,
Aut hic spectatum uenit in astra deum.

Ἄδηλον.

Οὐκ ἀδαὴς ἔγραψε Κίμων τάδε, παντὶ δ' ἐπ' ἔργῳ
μῶμος, ὃν οὐχ ἥρως Δαίδαλος ἐξέφυγεν.

~~[illegible]VS.~~

Est opere in nullo non Momus, teste Cimone,
Hunc nec effugit Dædalus ipse quidem.

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑΤΑ ΖΩΩΝ.

Εἰς τὴν Μύρωνος βοῦν.

Βοίδιόν εἰμι Μύρωνος· ἐπὶ στήλῃ δ' ἀνάκειμαι.
βουκόλε, κεντήσας εἰς ἀγέλην μ' ἄπαγε.

ALCIATVS.

Vacca Myronis opus, super hanc erecta columnam
Punge age me ad reliquum pelle bubulce gregem.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τίπτε Μύρων με τὸ βοίδιον ἐνταυθοῖ πρὸς βωμοῖς
ἵδρυσας; οὐκ ἐθέλεις εἰσαγέμεν μέγαρον;

ALCIATVS.

At tu sacra Myron quid me ante altaria linquis?
Armenti stabulum cur'ue replere negas?

Ἀνακρέοντος.

Βουκόλε τὰν ἀγέλαν πόρρω νέμε, μὴ τὸ Μύρωνος
βοίδιον ὡς ἔμπνουν βουσὶ συνεξελάσῃς.

AVSONIVS.

Pasce greges procul hinc, ne quæso bubulce Myronis
Aes ueluti spirans cum bubus exagites.

ALCIATVS.

Pastor age armentum procul hinc, ne forte Myronis
Sectetur tauros bucula uiua tuos.

Τοῦ αὐτοῦ. Εἰς τὸ αὐτό.

Βοΐδιον οὐ χοάνοις τετυπωμένον, ἀλλ' ὑπὸ γήρως
χαλκωθὲν, σφετέρῃ ψεύσατο χειρὶ Μύρων.

ALCIATVS.

Haud ego cocta focis, sed aheno nigra colore
Ob senium, ipse sua finxit ut arte Myron.

CORNARII.

Vnde est qui finxit? Sicyonius. est quoq; nomen?
Lysippus, tu quæ? Occasio cuncta domans.
Cur rotulæ summo instas? illico uertor, at alæ
Cur pedibus geminæ? uentus ut ipsa feror.
In dextra est'ne nouacula? quæ mihi fertur ut index
Omni acie semper sim quod acuta magis.
Occupat at faciem coma cur? monet obuia prendar.
Perq; Iouem retro calua quid undiq; abis?
Quem semel alatis pedibus præteruolo, nunquam
Quisquam expectata re potietur adhuc.
Artis opus finxit propter uos tale magister,
O hospes, primo limine ut admoneam.

ALCIATVS.

Lysippi hoc opus est, Sicyon cui patria. tu quis?
Cuncta domans capti temporis articulus.
Cur pinnis stas? usq; rotor. talaria plantis
Cur retines? paßim me leuis aura rapit.
In dextra est tenuis, dic unde nouacula? acutum
Omni acie hoc signum me magis esse docet.
Cur in fronte coma? occurrens ut prendar. at heus tu
Dic cur pars calua est posterior capitis?
Me semel alipedem si quis permittat abire,
Ne possim apprenso crine deinde capi.
Tali opifex nos arte, tui causa edidit hospes,
Vtq; omnes moneam pergula aperta tenet.

Est huic nõ absimile in FAVOREM pictũ
ab Apelle per B. DARDANVM.

Pictor Apellea quid pingis ab arte Fauorem?
Vnde illi generis semina nota parum?
Hic genitum forma: fortunæ hic iactat alumnum.
Casu ille, ille animi dotibus, esse satum.
Qui comes assiduus lateri? assentatio. & ecque
Ponè subit lentis paßibus? inuidia.
Ecqui circunstant? opulentia, fastus, honores,
Legesq;, & scelerum sæpe libido parens.
Cur facis aligerum? fortunæ elatus ab aura
Aduolat alta, imo nescius esse gradu.
Quare oculis captum pingis? non nouit amicos

Improbus ex humili, quum petit alta loco.
Quid rotulæ insistit? fortunam imitatur & infert
Se socium, instabiles quà tulit illa pedes.
Cur tumet, atq; extra sese ambitiosius effert?
Obcæcare animos fata secunda solent.

MARVLLVS.

Quis puer hic? Veneris. plenæ quæ causa pharetræ
Non bene prouisus certa quod arma mouet. (est?
Cur sine ueste deus? simplex puer odit opertum.
Vnde puer? pueros quod facit ipse senes.
Quis pennas humeris dedit? inconstantia. quare
Nulla deo frons est? signa inimica fugit.
Quæ sors eripuit lucem? immoderata libido.
Cur macies? uigilis cura, dolorq; facit.
Quis cæcum præit? ebrietas, sopor, otia, luxus.
Qui comites? rixæ, bella, odia, obprobrium.
Qui cœlo dignati? homines: quæ causa coëgit?
Mitior autore est credita culpa deo.
Heu curuum genus, & ueri corda inscia: quo ius
Fasq;? scelus miseri si scelere abluimus.

ΕΙΣ ΚΗΠΟΥΣ.

Εἰς κῆπον ἔρωτα προσαγορευόμενον.
Οὐ μέγας οὐδ' ὁ ἔρως, ἀλλ' εὔχαρις, ὡς καὶ ἐγώ τοι
οὐ μέγας ἐν κήποις, ἀλλὰ γέμω χαρίτων.

Non amor est magnus, magna est sed gratia amoris,

Hortus

Hortus ego exiguus, sic bona multa fero.

Εἰς κῆπον παράλιον. Παύ-
λου σιλεντιαρίου.

Ἐνθάδ' ἐριδμαίνουσι τίνος πλέον ἔπλετο χῶρος
νύμφαι, νηϊάδες, νηρείδες, ἀδρυάδες.
ταῖς δὲ θεμιστεύει μεσάτη χάρις. οὐδὲ δικάζειν
οἶδεν, ἐπεὶ ξυνὴν τέρψιν ὁ χῶρος ἔχει.

ALCIATVS.

Cuius sit locus hic contendunt Naides, atq;
Nymphæ Nereides, Nymphæ & Hamadriades.
Gratia dat ius his media, haud discernere poßis,
Hinc quoniam ex æquo gaudia quæq; capit.

ΕΙΣ ΚΙΘΑΡΩΙΔΟΥΣ.

Εἰς εἰκόνα Μαρίας τῆς κιθαρῳδοῦ.
Παύλου Σιλεντιαρίου. (τος

πλῆκτρον ἔχει φόρμιγγος. ἔχει καὶ πλῆκτρον ἔρω-
κρούει δ' ἀμφοτέροις καὶ φρένα, καὶ κιθάρην.
τλήμονες, οἷσιν ἄγναμπτον ἔχει νόον. ὧν δ' ἐπινεύ-
ἄλλος ὅδ' ἀγχίσης, ἄλλος ἄδωνις ὅδε. (σει
εἰ δ' ἐθέλεις ὦ ξεῖνε καὶ ἀμφιβόητον ἀκοῦσαι
οὔνομα, καὶ πάτρην, ἐκ φαρίης, Μαρίη.

C. VRS. VELIVS.

Plectra mouet citharæ, stimulumq; exercet amoris,
Atq; animum, atq; lyræ pulsat utroq; fides.
O miseros quoscunq; odit, cui riserit autem
Alter hic Anchises, alter Adonis hic est.

Cuius aues hospes clarum si noscere nomen
Et patriam, Marie est nobilis è Pharia.

ΕΙΣ ΛΙΘΟΥΣ.

Πλάτωνος.

Εἰκόνα πέντε βοῶν μικρὴ λίθος εἶχεν ἴασπις,
ὡς ἤδη πάσας ἔμπνοα βοσκομένας.
καὶ τάχα κἂν ἀπέφευγε τὰ βοίδια. νῦν δὲ κρατεῖται
τῇ χρυσῇ μάνδρῃ τὸ βραχὺ βουκόλιον.

C. VRS. VELIVS.

Quinque boum effigies artantur Iaspide parua,
Quæ propè uiuarum pabula more petunt.
Inq; fugam ruerent, nisi clausas arte iuuencas
Exiguum teneant aurea septa gregem.

Εἰς δακτύλιον. Ἀρχίου.

Τὰς βοῦς, καὶ τὴν ἴασπιν ἰδὼν περὶ χειρί, δοκήσεις
τὰς μὲν ἀναπνείειν, τὴν δὲ χλοηκομέειν.

C. VRS. VELIVS.

Bubus in articulo uisis & Iaspide, credes
Illas spirare, hanc gramina ferre noua.

Πλάτωνος.

Εἷς λίθος, ἅρμ', ἐλατήρ, ἵπποι, ζυγόν, ἡνία, μάστιξ.

SOTER.

Saxũ unũ auriga, essedũ, equi est, iugũ, habena, flagel (lum.

ΕΙΣ ΛΟΥΤΡΟΝ.

Ἢν τὸ πάρος ζητεῖς Ἄρες, σκοπίαζε Κυθήρην
ἐνθάδε

ἐνθάδε λουομένην νάμασι φαιδροτάτοις.
ἔρχεο νηχομένην. μὴ δ' εἴδιθι. οὐ γὰρ ἀθλιώνην
προτένον εἰσοράας, οἷά τε Τειρεσίας.

ARNOLD. VESALIEN.

Quam prius arsisti Mars contemplare Cytheram
Purgantem uitreis nobile corpus aquis.
Vt natet aspicias, nihil exhorresce, pudicam
Non fugis ut quondam Pallada Tiresias.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἢ τοίην Κυθέρειαν ὕδωρ τέκεν, ἢ Κυθέρεια
τοῖον ἔτευξεν ὕδωρ, ὃν χρόα λουσαμένη.

~~C O [illegible] S.~~

Aut Venus ex illis undis est nata, uel ipsa
Quum lauit pulchro corpore tinxit aquas.

ARNOLD. VESAL.

Nimirum Venerem talis uel protulit unda,
Vndam uel talem reddidit alma Venus.

Εἰς ἕτερον ἐν Βυζαντίῳ.

Λωτὸν ἐρειπτομένους, προτέρων οὐ ψεύσατο μῦθος
πίστιν ἀληθείης τοῦτο τὸ λουτρὸν ἔχει.
εἰ γὰρ ἅπαξ καθαροῖσι λοέσσεται ὕδασιν ἀνήρ,
οὐ ποθέει πάτρην, οὐκ ἐθέλει γονέας.

C. VRS. VELIVS.

Nil degustata mentita est fabula Loto.
Iam ueri faciunt ista lauacra fidem.
Nam semel is qui lauit aquis, non deinde parentum

Nec desiderio tangitur hic patriæ.

Fabula, Lothophagos quæ narrat, fabula non est.
Huic etenim faciunt ista lauacra fidem.
Si semel illorum se uir perfuderit undis,
Non cupit in patrias inde redire domos.

Εἰς τὸ αὐτό.

Κύπρις, ἔρως, χάριτες, νύμφαι, Διόνυσος, Ἀπόλ(λων,
ὤμοσαν ἀλλήλοις ἐνθάδε ναιετάειν.

SOTER.

Cypris, amor, charites, nymphæ, Bacchusq; & Apol(lo,
Iurarunt sese hic uelle habitare simul.

Εἰς ἕτερον λουτρὸν μικρόν.

Μὴ νεμέσα βαιοῖσι. χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ.
βαιὸς καὶ Παφίης ἔπλετο κοῦρος ἔρως.

IO. SLEIDANVS.

Paruula ne contemnito, inest sua gratia paruis.
Filius est Veneris sic quoq; paruus, Amor

IANVS LASCARIS.

Paruula ne temnas, paruis nam gratia iuncta est.
Paruulus & Paphiæ filius ales Amor.

ΕΙΣ ΝΑΟΥΣ.

Εἰς ναὸν τοῦ Διὸς κτισθέντα
παρὰ κεκροπιδῶν.

Αὐτοῦ ζηνὸς ὅδ' οἶκος ἐπάξιος. οὐδὲ γὰρ Ὄλυμπος
μέμψεται οὐρανόθεν ζῆνα κατερχόμενον.

Ista quidem digna est Ioue regia, Iuppiter istuc
Si migret, fuerit uana querela poli.

Εἰς τὸ αὐτό.

Κεκροπίδαι Διῒ τόνδ᾽ ἔθεσαν δόμον, ὡς ἀπ᾽ ὀ(λύμπου
ὑψούμενος ποτὶ γῶν, ἄλλον ὄλυμπον ἔχῃ.

HER. A NOVA AQVILA CO.

Hanc tibi Cecropidæ posuerunt Iuppiter ædem,
In terram ut ueniens, alterum olympum habeas.

IDEM.

Cecropidæ hanc posuere Ioui ædem, ut lapsus olympo
Iuppiter in terras, alterum olympum habeat.

SOTER.

Cecropidæ excelsam hãc posuere Ioui domũ, olympo
Si in terram redeat, sic & olympum habeat.

ΕΙΣ ΝΙΚΗΝ.

Εἰς ἄγαλμα Νίκης ἄπτερον ἐν Ῥώμῃ,
ἧς τὰ πτερὰ κεραυνῷ κατεφλέχθη.

Πομπηΐου.

Ῥώμη παμβασίλεια, τεὸν κλέος οὔποτ᾽ ὀλεῖται,
Νίκη γάρ σε φυγεῖν ἄπτερος οὐ δύναται.

LVSCINIVS.

Roma caput mundi, manet hæc tibi gloria uictrix,
Fortuna implumis non uolat hinc aliò.

SOTER.

Aeterna est tibi Roma potens iam gloria parta,
Aufugere implumis nam à te Victoria nescit.

ΕΙΣ ΞΕΝΟΔΟΧΕΙΟΝ.

Ἀστὸς ἐμοί, καὶ ξεῖνος, ἀεὶ φίλος. οὐ γὰρ ἐρευνᾷν,
τίς; πόθεν; ἠὲ τίνων; ἐστὶ φιλοξενίης.

C. VRS. VELIVS.

Ciuis & hospes eris gratus, nam qualis & unde
Natus es, hospitij quærere iura uetant.

SOTER.

Vt ciuem sic hospitem amo, nanq; ista rogare,
Quisnam, unde, aut quorum? non decet hospitium.

LVSCINIVS.

Hospes amicus eris mihi charus, ciuis & alter. (es?
Aspera sunt nimis hæc, quis pater? unde? quis

Σωφρονίου πατριάρχου.

Ὁ πρὶν ἀλώμενος, καὶ ἀνέστιον ἴχνος ἐλαύνων,
εἴτ' ἀφ' ὁδοιπορίης, εἴτ' ἀπὸ ναυτιλίης.
ἐνθάδε νῦν προσιὼν στῆσον ξένε τὸν σέο πόδα,
ναιετάειν ἐθέλων, οἶκον ἑτοῖμον ἔχων.
εἰ δέ με καὶ τίς ἔτευξεν ἀνακρινέεις πολίτης,
εὐλόγιος, Φαρίης ἀρχιερεὺς ἀγαθός.

LVSCINIVS.

Qui prius errabas tota male notus in urbe,
Siue solo ueneras aduena, siue salo.
Ponito nunc curas, metus exulet anxius, & nunc
Siste pedem, domus est ecce parata tibi.
Tecta tamen si forte uelis cognoscere, quisnam
Struxerit hæc primus, præsul erat Pharies.

ΕΙΣ

ΕΙΣ ΟΙΚΟΥΣ.

Εἰς ἀφύλακτον οἶκον πωθασί.

ἰυλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων

Αἰγυπτίου.

Κερδαλέους δίζεσθε δόμους ληΐστορες ἄλλους,
τοῖς δὲ γὰρ ἔστι φύλαξ ἔμπεδος, ἡ πενίη.

INCERTI.

Ite aliò fures, nulla hic occasio lucri,
Nam fida est custos addita pauperies.

Εἰς οἶκον ἐπίπεδον. τοῦ αὐτοῦ.

Ὥρη ἀναψύχω θέρεος, καὶ χείματι θάλπω,
τοῦ λιπὲς οὐράνιον δ᾽ ἐς μέθεν ἀντέχων.

Frigus in æstate exhibeo, brumaq; calorem,
Quodq; aliàs desit addo ego temporibus.

ΕΙΣ ΠΟΙΗΤΑΣ.

Εἰς εἰκόνα Ὁμήρου.

Υἱὲ Μέλητος Ὅμηρε, σὺ γὰρ κλέος Ἑλλάδι πάσῃ,
καὶ κολοφῶνι πάτρῃ, θῆκας ἐς αἴδιον.
καὶ τάς δ᾽ ἀντιθέῳ ψυχῇ γεννήσαο κούρας,
δισσὰς ἐκ στηθέων γραψάμενος σελίδας.
ὑμνεῖ δ᾽ ἡ μὲν, νόστον Ὀδυσσῆος πολύπλαγκτον.
ἡ δὲ, τὸν ἰλιακὸν δαρδανίων πόλεμον.

G.VAR. VERON..

Nate Melete decus Graiorum ac splendor Homere,

Nobilitas patriam qui Colophona tuam.
Diuina geminas genuisti mente puellas,
Semideûm scribens inclyta gesta uirûm.
Altera multiuagi reditum cantauit Vlyssis,
Altera Graiugenas Dardaniosq; duces.

Εἰς τὸν αὐτόν. Ἀντιπάτρου.

οἱ μὲν σεῦ κολοφῶνα τιθηνήτειραν Ὅμηρε,
οἱ δὲ, καλὰν σμύρναν, οἱ δ' ἐνέπουσι χίον.
οἱ δ' ἴον. οἱ δ' ἐβόασαν εὔκλαρον σαλαμῖνα.
οἱ δέ νυ, τὴν λαπιθέων ματέρα θεσσαλίην.
ἄλλοι δ' ἄλλην γαῖαν ἀνίαχον. εἰ δέ με φοῖβος
χρὴ λέξαι πινυτὰς ἄνδιχα μαντοσύνας,
πάτρα σοι τελέθει μέγας οὐρανός. ἐκ δὲ τεκούσης
οὐ θνατᾶς, ματρὸς δ' ἔπλεο καλλιόπας.

GVAR. VERONEN.

Diceris à multis Colophonis alumnus Homere,
Hic te Smyrneum credit, at ille Chium.
Quin & Ion quidam, quidam Salamina superbam,
Thessaliam multi te genuisse ferunt.
Sunt & qui memorent alijs te sedibus ortum.
Sic uarijs natus crederis esse locis.
Dicere si liceat mihi Phœbi oracula, cœlum
Certa tibi patria est, Calliopea parens.

MARVLLVS.

Vane quid affectus patriam mihi dicere terram?
Metirisq; hominum conditione deos?

Non

Non me Smyrna creat, non me Colophonia tellus,
Non Pylos, æquoreis non Chios icta minis,
Non Ithacę prænobile equis non Argos alendis,
Non quæ de dominæ nomine dicta deæ est.
Non Salamis, non chara suo Rhodos aurea Phœbo,
Aut Ius, aut Pharij fertilis ora soli.
Mortalis sunt ista uiri: me lucidus æther
Parturit, enatum terra fretumq; colunt.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἑπτὰ ἐριδμαίνουσι πόλεις διὰ ῥίζαν Ὁμήρου,
κύμη, σμύρνα, χίος, κολοφών, πύλος, ἄργος, ἀ(θῆναι.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἑπτὰ πόλεις μάρναντο σοφὴν διὰ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα χίος, κολοφών, ἰθάκη, πύλος, ἄργος, (ἀθῆναι.

GELLIVS.

Ἑπτὰ πόλις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
σμύρνα, ῥόδος, κολοφών, σαλαμίν, ἰός, ἄργος ἀ(θῆναι.

IDEM.

Septem urbes certant de stirpe insignis Homeri,
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ius, Argos, A(thenæ.

Εἰς τὸν αὐτόν. Ἀντιπάτρου.

Δις ξίων Ὅμηρε τὴν κεκαυμένην,
φθονεῖν ἀφῆκας τὰς ἀπορθήτους πόλεις.

POLITIANVS.

Troiam canens Homere flammis erutam,
Vrbes graui liuore stantes concutis.

Εἰς εἰκόνα γραμματικοῦ.
Ζηνοβίου γραμματικοῦ.

Αὐτὴν γραμματικὴν ὁ ζωγράφος ἤθελε γράψαι,
βίκτορα δὲ γράψας, τοῦ σκοπὸν εἶπεν ἔχω.

[illegible].

Ipsam grammaticam quum uellet pingere pictor,
Victorem pinxit, hic scopus, inquit, erit.

ΕΙΣ ΕΙΚΟΝΑΣ ΡΗΤΟΡΩΝ.

Εἰς εἰκόνα Πτολεμαίου ἐν Αν-
τιοχείᾳ. Ἀδέσποτον.

Εἰκὼν, τίς σ' ἀνέθηκε; λόγοι, τίνος εἶ; Πτολεμαίου.
ποίου; τοῦ Κρητός. τεῦ χάριν; ἀντ' ἀρετῆς.
τῆς ποδαπῆς; πάσης. τοὺς ἐς τίνας; ἐς δικολέκτας.
καὶ ξύλον ἀρκεῖ; ναί. χρύσιον οὐ δέχεται.

[illegible].

Quis statuam hanc posuit? sermo. cuius? Ptolomæi.
Qualis? Cretensis. quare? adeò ob meritum.
Quod meritum? integra tutans uirtute clientes.
Sufficit huic lignum hoc? aurea non cupijt.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Εἰκόνα Λογγίνῳ χρυσέην πόλις εἶχεν ὀπάσσαι,
εἰ μὴ πότνια δίκη χρυσὸν ἀπεστρέφετο.

[illegible].

Longino auratam urbs posuisset grata columnam,
Iustitiam ast propter aurea spreta iacent.

Παλλαδᾶ.

Κωφὸν ἄναυδον ὁρῶν τὸν Γέσιον, εἰ λίθος ἐστὶ
δήλιε μαντεύου, τίς, τίνος ἐστὶ λίθος.

Mutus & hinc surdus num sistitur Aelius? est'ne
Phoebe lapis? cuius dein lapis ille? refer.

ΕΙΣ ΣΚΕΥΗ.

Εἰς φιάλην ἔχουσαν κινουμένους ἰχθύας.
Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων.

Οὕτω Βάκχον ἔδεκτο Θέτις. νῦν μῦθος Ὁμήρου
ὀψὲ μὲν, ἀλλ' εὗρεν πίστιν ἐτητυμίης.

Sic Bromium ipsa Thetis suscepit, fabula Homeri
Credita, sed sero nunc capit inde fidem.

Εἰς ἀρχοντικὸν πέλεκυν. Τοῦ αὐτοῦ.

Ην μὲν ἀλιτραίνῃς, πέλεκυν βλεφάροισι δοκεύσῃς,
ἢν δὲ σαοφρονέῃς, ἄργυρός εἰμι μόνον.

Praeuaricans leges me cernes stulte bipennem,
Argentum at solum si moderatus ages.

ΕΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΣ.

Εἰς Διογένην. Ἀντιφίλου Βυζαντίου.

Γηράσκει καὶ χαλκὸς ὑπὸ χρόνου. ἀλλὰ σὸν οὔτι
κῦδος ὁ πᾶς αἰὼν Διόγενες καθελεῖ.
μοῦνος γὰρ βιοτῆς αὐταρκέα δόξαν ἔδειξας
θνητοῖς, καὶ ζωῆς οἶμον ἐλαφροτάτην.

BENTINVS.

Aera quidem absumit tempus, sed tempore nunquam
Interitura tua est gloria Diogenes.
Quandoquidem ad uitam miseris mortalibus æquam
Monstrata est facilis te duce, & ampla uia.

Εἰς ἀνδριάντα πυθαγόρου.
Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων.

Οὐ τὸν ἀναπτύσσοντα φύσιν πολύμητιν ἀριθμῶν
ἤθελεν ὁ πλάσσας πυθαγόρην πλάσαι.
ἀλλὰ τὸν ἐν σιγῇ πινυτόφρονι. καὶ τάχα φωνὴν
ἔνθεν ἀποκρύπτει, καὶ τόδ᾽ ἔχων ὄπασαι.

VS.

Plurimum inexplicitos numeros non ipse docentem
Pictor uerbosum hic Pythagoram statuit.
Sed tacitum posuit meditantem plurima, uocem
Celantem, occlusum quæ citò rumpet iter.

Εἰς τὸ αὐτό.

Αὐτὸν πυθαγόρην ὁ ζωγράφος ὃν μετὰ φωνῆς
εἶδες ἄν, εἴγε λαλεῖν ἤθελε πυθαγόρης.

VS.

Pythagoram certa pinxisset uoce loquentem
Pictor, sed non uult dicere Pythagoras.

FINIS EORVM QVAE EX
LIBRO QVARTO.

EX LIBRO QVINTO EPIGRAMMATVM GRAECORVM.

ΕΙΣ ΤΑ ΑΓΑΛΜΑΤΑ ΤΑ ΕΙΣ ΤΟ δημόσιον γυμνάσιον τοῦ ἐπικαλουμένου τοῦ ζευξίππου, χρισοδώρου ποιητοῦ θηβαίου κοπίτου.

Εἰς ἰούλιον καίσαρα.

ΚΑῖσαρ δ᾽ ἐγγὺς ἔλαμπεν ἰούλιος,
ὅς ποτε ῥώμην (ἀσ-
ἀντιβίων ἔστεψεν ἀμετρήτοισι βοεὶ
αἰγίδα μὲν βλοσυρῶπιν ἐπωμα-
δὸν ἦεν ἀείρων.
δεξιτερῇ δὲ, κεραυνὸν ἀγάλλετο χειρὶ κομίζων,
οἷα ζεὺς νέος ἄλλος ἐν αὐσονίοισιν ἀκούων.

IO. BAP. PIVS.

Iulius insigni radiabat imagine Cæsar,
Sæpe coronauit qui Romam hostilibus armis.
Aegida terrificam læua sustollit: at ipsa
Dextra quatit rutilum exultanti robore fulgur.
Hic nouus Ausonijs celebratur Iuppiter oris.

Εἰς πλάτωνα.

Εἱστήκει δὲ πλάτων θεοείκελος, ὃ πρὶν ἀθήναις
δείξας κρυπτὰ κέλευθα θεοκράντων ἀρετάων.

Adstat at huic iuxtà diuinus Plato in Athenis

Virtutum occultásq; uias uada & ampla gubernant.

ΕΙΣ ΤΑΣ ΕΝ ΤΩ ΔΡΟΜΩ
Κωνσταντινουπόλεως στήλας τῶν
ἀθλητῶν. Εἰς Πορφύριον.

Αὐτὸν Πορφύριον μὲν ἀπηκριβώσατο χαλκῷ
ὁ πλάστης, ἔμπνουν οἷα τυπωσάμενος.
τίς δὲ χάριν, τίς ἄεθλα, τίς ἔνθεα δήνεα τέχνης
τεύξει, καὶ νίκην οὔποτ' ἀμειβομένην;

[illegible].

Porphyrium expreßit sic doctus ab arte magister,
Spirare & flatum ducere ut æra putes.
Quis decus in pugna, quis fortia prælia Martis
Et uictoria te finxerit emeritam?

Εἰς τὸν αὐτόν.

Πάντα τύχης ὀφθαλμὸς ἐπέρχεται. ἀλλ' ἐπὶ μούνοις
Πορφυρίου καμάτοις, ἕλκεται ὄμμα τύχης.

[illegible].

Fortuna ipsa suos proiectat in omnia ocellos,
Porphyrij in pugnis contrahit at faciem.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Πλάστης χαλκὸν ἔτευξεν ὁμοίϊον ἡνιοχῆϊ
εἴδει δὲ καὶ τέχνης ὄγκον ἀπειργάσατο.
ὄγκον ὁμοῦ καὶ κάλλος, ὅπερ φύσις ὀψὲ τεκοῦσα,
ὤμοσεν, ὠδίνειν δεύτερον οὐ δύναμαι.
ὤμοσεν εὐόρκοις ὑπὸ χείλεσι. Πορφυρίῳ γὰρ
πρώτῳ

πρώτῳ, καὶ μούνῳ. πᾶσαν ἔδωκε χάριν.

CORNARIVS.

Aurigam ære uides expressum, ast ô utinam sic
Virtutum atq; artis hic decus additum erat.
Virtutum & formæ decus, id natura parens quod
Non iterum gignam, quum peperisset, ait.
Iurauit sanctisq; labris pia, Porphyrio ipsi
Et primo, & soli, quod decus omne dedit.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Λεοντίου σχολαστικοῦ.

Αγχίσην κυθέρεια, καὶ ἐνδυμίωνα σελήνη
φίλατο. μυθεῦνται τοῖα παλαιγενέες.
νῦν δὲ νέος τίς μῦθος ἀείσεται, ὡς τάχα νίκη,
ὄμματα, καὶ δίφρους φίλατο πορφυρίου.

CORNARIVS.

Anchisæ Paphie, Endymionis amore Diana
Flagrarunt quondam, ut fabula prisca refert.
Fabula nunc noua, capta calens Victoria amore,
Currus atq; oculos Porphyrij quod amet.

Εἰς Κωνσταντῖνον.

Ἐξότε κωνσταντῖνος ἔδυ δόμον ἄϊδος εἴσω,
ᾤχετο σὺν κείνῳ πᾶν κλέος ἡνιόχων.

CORNARIVS.

Constantinus adit postquam infera regna tyranni,
Aurigarum etiam gloria cuncta abijt.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Χάλκεος οὐκ ἔστης βιόων ἔτι κωνσταντῖνε

ἀντὶ γὰρ εὐκλείης ἤρκεσε βασκανίη.
ὡς δ' ἔθανες, τότε δή σε πόλις ξύμπασα γεραίρει
οἷς δύναται. τί δὲ σοῖς ἄξιον ἱπποσύνης;

Constantine tibi uiuo non ærea imago est
Erecta, hac maior nanq; erat inuidia.
Mortuus at postquã es, statuã urbs tibi grata locauit.
Nil satis at dignum gloria equestris habet.

FINIS EORVM QVAE EX
LIBRO QVINTO.

ΑΠΟ ΑΛΙΕΩΝ.

Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου.

Ταῖς νύμφαις Κινύρης τόδε δίκτυ-
ον. οὐ γὰρ ἀείρει (λίης.
γῆρας ἀκοντιστὴν μόχθον ἑκηβο-
ἰχθύες, ἀλλὰ νέμοισθε γεγηθότες,
ὅττι θαλάσσῃ
δῶκεν ἔχειν Κινύρου γῆρας ἐλευθερίην.

Hoc Cinyras nymphis ſacrauit rete, Labores
Non etenim tantos ferre ſenecta poteſt.
Nunc igitur ſub aquis tremuli colludite piſces,
Debilitas Cinyræ nam freta tuta facit.

ΑΠΟ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Σὸς πόσις Ἀγχίσης, τοῦ εἵνεκα πολλάκι Κύπρι
τὸ πρὶν ἐς Ἰδαίην ἔτρεχες ἠϊόνα.
νῦν μόλις εὗρε μέλαιναν ἀπὸ κροτάφων τρίχα
θῆκε δέ σοι προτέρης λείψανον ἡλικίης. (κόψαι
ἀλλὰ θεά, δύνασαι γάρ, ἢ ἡβητῆρά με τεῦξον.
ἢ καὶ τὴν πολιὴν, ὡς νεότητα δέχου.

Vir tuus Anchiſes hic, cuius amore ſolebas
Littus ad Idæum ſæpe redire Venus.

Hunc tibi ſic poſuit cano de uertice crinem.
Præteritæ uitæ pars tibi crinis adeſt.
O dea, nanq; potes, iuuenilem aut reddito florem.
Aut modo ſit curæ noſtra ſenecta tibi.

ΑΠΟ ΓΕΟΡΓΩΝ.

Σαβίνου. (αἰῷ,

Πανὶ, Βίτων χίμαρον, νύμφαις, ῥόδα, θύρσα λυ·
τρισσῶν ὑπ' εὐπετάλοις δῶρ' ἔθηκε φόβαις. (αἰεὶ,
δαίμονες, ἀλλὰ δέχοισθε κεχαρμένοι. αὔξετε δ'
Πὰν, ἀγέλην. νύμφαι, πίδακα. Βάκχε, γάνος.

C. VRS. VELIVS.

Pani caprum, nymphisq; roſas, thyrſumq; Lyæo
Arbore ſub uiridi dat tria dona Biton.
Aequanimes capite hæc Diui, ſemperq; fouete
Pan pecudes, Nymphæ flumina, Bacche ſolum.

ALCIATVS.

Pani capram, nymphisq; roſas, Thyrſosq; Thioneo
Sub leuibus poſuit dona Biton folijs.
Quæ Dij fronte alacri capite, atq; augete bicornes,
Pan capras, Nymphæ flumina, Bacche merum.

ΑΠΟ ΓΥΝΑΙΚΩΝ.

Πλάτωνος.

Ἡ σοβαρὸν γελάσασα καθ' Ἑλλάδος, ἡ τὸν ἐρώντων
ἑσμὸν ἐπὶ προθύροις Λαῒς ἔχουσα νέων,
τῇ Παφίῃ τὸ κάτοπτρον ἐπεὶ τοίη μὲν ὁρᾶσθαι
οὐκ ἐθέλω, οἵη δ' ἦν πάρος, οὐ δύναμαι.

MORVS.

Nequiter arrisi tibi, quæ modo Græcia, amantum
Turbam in uestibulis Lais habens iuuenum,
Hoc Veneri speculum dico, nam me cernere talem
Qualis sum nolo, qualis eram nequeo.

LVSCINIVS.

Pro foribus Graios iuuenes pulcherrima quondam
Arridens Veneri grataq; Lais habens.
Nunc Anus hoc speculum Diuæ offero. Nanq; uidere
Quod modo sum pudet, & quod fueram nequeo.

Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου.

Λαῒς ἀμαλδυνθεῖσα χρόνῳ περικαλλέα μορφήν,
γηραλέην στυγέει μαρτυρίην ῥυτίδων.
ἔνθεν πικρὸν ἔλεγχον ἀπεχθήρασα κατόπτρου,
ἄνθετο δεσποίνῃ τῆς πάρος ἀγλαΐης.
ἀλλὰ σύ μοι Κυθέρεια, δέχου νεότητος ἑταῖρον
δίσκον, ἐπεὶ μορφὴ σὴ, χρόνον οὐ τρομέει.

Τοῦ αὐτοῦ.

Κάλλος μὲν Κυθέρεια χαρίζεται. ἀλλὰ μαραίνει,
ὁ χρόνος ἑρπύζων σὴν βασίλεια χάριν.
δώρου δ' ὑμετέροιο παραπταμένου με Κυθείρη,
δέχνυσο καὶ δώρου πότνια μαρτυρίην.

Λουκιανοῦ.

Ἑλλάδα νικήσασαν ὑπέρβιον ἀσπίδα Μήδων,
λαῒς θῆκεν ἑῷ κάλλεϊ, ληϊδίην.
μούνῳ ἐνικήθη ὑπὸ γήραϊ, καὶ τὸν ἔλεγχον

ἄνθετό σοι Παφίη, τὴν νεότητι φίλον.
ἧς γὰρ ἰδεῖν στυγέω πολιῆς παναληθέα μορφήν,
τῆς δὲ συνεχθαίρει καὶ σκιόεντα τύπον.

AVSONIVS.

Lais anus Veneri speculum dico, dignum habeat se
Aeterna æternum forma ministerium.
At mihi nullus in hoc usus, quia cernere talem
Qualis sum nolo: qualis eram, nequeo.

ΘΗΡΩΝ. Γαίτου.

Παῖδα πατὴρ Ἄλκων ὀλοῷ σφιχθέντα δράκοντι
ἀθρήσας, δειλῇ τόξον ἔκαμψε χερί.
θηρὸς δ' οὐκ ἀφάμαρτε. διὰ στόματος γὰρ ὀϊστὸς
ἤϊξεν, τυτθοῦ βαιὸν ὕπερθε βρέφους.
παυσάμενος δὲ φόνοιο, παρὰ δρυῒ τῇδε φαρέτρην
σῦμα καὶ εὐτυχίης θῆκε, καὶ εὐστοχίης.

Quum pater aspiceret natum serpente teneri
Alcon, mox arcum, fidaq; tela capit.
Ictus erat certus, patulo qui læserat ora
Vulnere, quod fermè senserat ipse puer.
Hosteq; prostrato, quercu suspendit ab ista
Mox pharetram, & duplici nomine lætus erat.

ΕΡΩΤΙΚΩΝ.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Δαφνιακῶν βίβλων Ἀγαθίου ἐννεάς εἰμι.
ἀλλά μ' ὁ τεκτήνας, ἄνθετο σοὶ Παφίη.

οὐ

οὐ γὰρ πιερίδεσσι τόσον μέλω, ὅσσον ἔρωτι,
ὄργια τοσσατίων ἀμφιέπουσα πόθων.
αὐτὴ δ' ἀντὶ πόνων, ἵνά οἱ διὰ σεῖο παρείη,
ἢ ζῆνα μὴ φιλέειν, ἢ ταχὺ παυθομένην.

ALCIATVS.

Imitatio in Albutiĳ libellos.

Delitiæ hic Vatis, flauiq; leguntur amores,
Hæc addicta tibi suscipe scripta Venus.
Non hunc Pierides tantum fecere poëtam,
Sed puer & tristi mitis Amor pharetra.
Tu diua Aureolo concede hæc præmia, nullam
Ardeat, aut captum da citò posse frui.

ΚΥΝΗΓΩΝ.

Εἰς τρεῖς ἀδελφούς.

Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων.

Γνωτῶν τρισσατίων ἐκ τρισσατίης λίνα θήρης
δέχνυσο Πάν. Πίγρης σοὶ γὰρ ἀπὸ πτερύγων
ταῦτα φέρει. θηρῶν, Δάμις. Κλείτωρ δὲ, θαλάσσης
καί σφιδός εὐαγρεῖν, ἠέρα, γαῖαν, ὕδωρ.

C. VRS. VELIVS.

Accipe tergemini triplicis quæ Pan tibi prædæ
Texta ferunt pennis dat tibi facta Biton.
Deq; feræ exuuijs Damis, sed aquatica Cletor.
Hinc capiant quicquid, terra, fretum, aura ferunt.

Εἰς τὸ αὐτό. Ἀρχίου.

Τρίζυγες οὐρεσίοικε κασίγνητοι τάδε τέχνας,

ἄλλος ἀπ᾽ ἀλλοίας σοὶ τάδε Πὰν, ἔθεσαν.
ἦ τὰ μὲν ὀρνίθων Πίγρης. τὰ δὲ, δίκτυα θηρῶν
Δᾶμις. ὁ δὲ Κλείτωρ, εἰναλίων ἔπορεν.
τῶ, ὁ μὲν, ἐν ξυλόχοισιν. ὁ δ᾽ ἠερίησιν ἐν ἄγραις
αἰὲν. ὁ δ᾽ ἐν πελάγει εὔστοχον ἄγραν ἔχοι.

VELIVS.

Tergemini fratres, uario montane, paratu
Pan, tibi quisq; suæ dedicat artis opus.
Atq; hæc alituũm Pigres, hæc retia Damis
Quadrupedum, Cletor piscium & ista dedit.
Hunc igitur saltus uenatibus, aëris illum,
Hunc maris ubertim commoditate bea.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἀλφειοῦ Μιτυληναίου.

Πανὶ κασιγνήτων ἱερὴ τριὰς, ἄλλος ἀπ᾽ ἄλλης
ἄνθετ᾽ ἀπ᾽ οἰκείης σύμβολον ἐργασίης.
Πίγρης, ὀρνίθων. ἁλίων ἀπομοίρια, Κλείτωρ.
ἔμπαλιν ἰθυτενῶν Δᾶμις ἀπὸ σταλίκων.
ἀνθ᾽ ὧν εὐαγρίην, ᾧ μὲν χθονὸς, ᾧ δὲ διδοίης
ἐξ ἁλός. ᾧ δὲ νέμοις ἠέρος ὠφελίην.

VELIVS.

Pani sacer fratrum dat ternio munus, ab arte
Quisq; sua, atq; alius dedicat ex alijs.
Dat Pigres auium prædam, dat ab æquore Cletor
Capta sibi, at Damis retia tensa feris.
Pro quibus hic diues nemorum uenatibus, ille

Piscatu

Piſcatu, diues fiat hic aucupio.

ΑΠΟ ΜΕΘΥΣΩΝ.

Ερατοσθένους.

Οἰνοπότας Ξενοφῶν κενεὸν πίθον ἄνθετο Βάκχῳ
δέχνυσο δ' εὐμενέως, ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχει.

VELIVS.

Bacche cadum, tibi quem Xenophon uinoſus inanem
Donat, habe placide, nil habet hic aliud.

Quem Xenophon tibi ſacrauit potator inanem
Suſcipe Bacche cadum, nil habet ille aliud.

LVSCINVS.

Bacche cado Xenophon donat te potator inani
Strennuus, haud ſpernas, nil habet is reliquum.

ALCIATVS.

Bacche bibax Xenophon cuppam tibi donat inanem
Quam cape fronte alacri, nil habet hic reliquum.

ΑΠΟ ΝΑΥΤΩΝ.

Μακεδονίου ὑπάτου.

Νῆα Ποσειδάωνι πολύπλανος ἄνθετο Κράντος,
ἔμπεδον ἐς νηοῦ πέζαν ἐρεισάμενος,
αὔρης οὐκ ἀλέγουσαν ἐπὶ χθονός. ἧς ἔπι Κράντος
εὐρὺς ἀνακλινθείς, ἄτρομον ὕπνον ἔχει.

Nauem Neptuno Crantus uagabundus adornat
In mediam templi quam quoq; traxit humum,
A uentis tutam in terra, qua nunc iacet ipſe.

Et pronus somnis intrepidus fruitur.

Τοῦ αὐτοῦ Εἰς τὸ αὐτό.

Νῆά σοι ὦ πόντου βασιλεῦ, καὶ κοίρανε γαίης,
  ἀντίθεμαι Κράντος μηκέτι τεγγομένην.
νῆα, πολυπλανέων ἀνέμων πτερόν, ἧς ἔπι, δειλὸς
  πολλάκις ὠϊσάμην εἰσελάαν ἀΐδην.
πάντα δ᾽ ἀποπτάμενος, φόβον, ἐλπίδα, πόντον,
  πιστὸν ὑπὲρ γαίης ἴχνιον ἡδρασάμην. (ἀέλλας,

Rex maris & solidæ dominator maxime terræ,
  Hanc tibi ego Crantus dedico nauiculam.
Nauiculam, pennas uentorum, qua miser ipse
  Visus, sæpe putans me infera regna sequi.
Iamq; timor ualeat, ualeat spes, pontus, & undæ,
  Nanq; super terra firmum ego figo pedem.

ΑΠΟ ΝΑΥΑΓΩΝ.

Λουκιανοῦ.

Γλαύκῳ, καὶ Νηρεῖ, καὶ Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ,
  καὶ βυθίῳ Κρονίδῃ, καὶ σαμόθρῃξι θεοῖς,
σωθεὶς ἐκ πελάγους Λουκίλλιος, ὧδε κέκαρμαι
  τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς. ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

C. VRS. VELIVS.

Glauce, tibi & Nereo, Inoq; tibi & Melicertæ,
  Et Neptune tibi, & quos Samothraces habent.
Seruatus pelago Lucillius, hanc ego tonsus
  Nil aliud quum sit, dedico cæsariem.

ΑΠΟ

ΑΠΟ ΠΑΙΖΟΝΤΩΝ.

Λεωνίδου.

Εὔφημόν τοι σφαῖραν, ἐΰκρόταλόν τε Φιλοκλῆς
  ἑρμείῃ ταύτην πυξινέην πλατάγην.
ἀστραγάλους θ', οἷς πολλ' ἐπεμήνατο, καὶ τὸν ἑλικτὸν
  ῥόμβον, κουροσύνης παίγνι' ἀνεκρέμασεν.

ALCIATVS.

Hanc sphæram in sese redeuntem, hæc buxea scamna,
  Et quæ fune repens torta fremit, platagen.
Hos talos, & inexpliciti solatia rhombi
  Versabam magno quosq; trochôs strepitu.
Atlantis facunde nepos tibi dedico, nostræ
  Tu lusus alacer simplicitatis habe.

FINIS EORVM QVAE EX
LIBRO SEXTO.

EX LIBRO SEPTIMO EPIGRAMMATVM GRAECORVM.

ΕΤΑΙΡΙΚΑ.

ζηνοφίλα.

Ἐντὸς ἐμῆς κραδίης τὴν εὔλαλον Ἡλιοδώραν
ψυχὴν τῆς ψυχῆς ἔπλασεν αὐτὸς ἔρως.

[illegible]

Pectore fixa sedet nostro Heliodora diserta,
Nostræ animæ hanc animã, nam indidit acer amor.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Εἰ φιλέεις, μὴ πάμπαν ὑποκλασθέντα χαλάσῃς
θυμὸν, ὀλισθηρῆς ἔμπλεον ἱκεσίης.
ἀλλά τι καὶ φρονέοις στεγανώτερον, ὅσσον ἐρύσαι
ὀφρύας, ὅσσον ἰδεῖν βλέμματι φειδομένῳ.
ἔργον γάρ τι γυναιξὶν ὑπερφιάλους ἀθερίζειν,
καὶ καταχαγχάζειν τῶν ἄγαν οἰκτροτάτων.
κεῖνος δ' ἐστὶν ἄριστος ἐρωτικὸς, ὃς τάδε μίξει
οἶκτον ἔχων ὀλίγῃ ξυνὸν ἀγηνορίῃ.

C. VRS. VELIVS.

Si quis amas, ne sis nimium, caue, pectore fracto,
Nec timidus ritu supplicis esse uelis.
Verum animus tibi sit præsentior, & tua sunto

Lumina

Lumina contracto parca supercilio.
Nanq; puellarum est & fastidire superbos,
Et ludum pauidæ mentis habere uiros.
Optimus ille ergo laudabitur inter amantes
Qui fastum timido temperat ingenio.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Εἰς Ἀριάδνην κιθαριστρίδα.

Εἴ ποτε μὲν κιθάρης ἐπαφήσατο πλῆκτρον ἔχουσα
κούρη Τερψιχόρης ἀντεμέλιζε μίτοις.
Εἴ ποτε δὲ τραγικῷ ῥοιζήματι ῥήξατο φωνήν,
αὐτῆς Μελπομένης βόμβον ἀπεπλάσατο.
Εἰ δὲ καὶ Ἀγλαΐης κρίσις ἵστατο, μᾶλλον ἂν αὐτή
Κύπρις ἐνικήθη, κἂν ἐδίκαζε Πάρις.
σιγῇ ἐφ' ἡμείων. ἵνα μὴ Διόνυσος ἀκούσας,
τῶν Ἀριαδνείων ζῆλον ἔχοι λεχέων.

ALCIATVS.

Si citharam tractas, si chordas pectine pulsas,
Esse tuis poterit æmula Musa sonis.
Si querulos elego modularis carmine uersus,
Non similes reddet Lesbis amica modos.
Si de muneribus subeunda est alea formæ,
Vel Phrygio fuerit iudice uicta Venus.
Sed tacite hæc mecum, auscultans ne talia Bacchus
De propria ob zelum coniuge dicta putet.

Μακεδονίου ὑπάτου.

Αὖξον ἔρως κραδίης τε, καὶ ἤπατος. εἰ δ' ἐπιθυμεῖς,

βάλλειν, ἄλλο τί μου τῶν μελέων μετάβα.

~~[illegible]vs.~~

Cor mihi linque, hepar'q; intactum figere si uis
Quæ tu cunq; uelis membra Cupido petas.

~~[illegible]s.~~

Arripe Amor quoduis nostro de corpore membrum,
Linque sed illesum cor'q; iecur'q; mihi.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Ποίην τίς πρὸς ἔρωτας ἴοι τρίβον; ἐν μὲν ἀγυιαῖς,
μαχλάδος οἰμώξεις χρυσομανῆ σπατάλην.
εἰ δ' ἐπὶ παρθενικῆς πελάσεις λέχος, ἐς γάμον ἥ-
ἔννομον, ἢ ποινὰς τὰς περὶ τῶν φθορέων. (ξεις
κουριδίαις δὲ γυναιξὶν ἀτερπέα Κύπριν ἐγείρειν,
τίς κεν ὑποτλαίη, πρὸς χρέος ἑλκόμενος;
μοίχια λέκτρα κάκιστα, καὶ ἔκτοθεν εἰσὶν ἐρώτων.
ὧν μέτα, παιδομανὴς κείσθω ἀλιτροσύνη.
χήρη δ' ἡ μὲν ἄκοσμος, ἔχει πάνδημον ἐραστήν,
καὶ πάντα φρονέει δήνεα μαχλοσύνης.
ἡ δὲ σαοφρονέουσα, μόλις φιλότητι μιγεῖσα,
δέχνυται ἀστόργου κέντρα παλιμβολίης,
καὶ στυγέει τὸ τελεσθέν. ἔχουσα δὲ λείψανον αἰδοῦς,
ἄψ ἐπὶ λυσιγάμους χάζεται ἀμβολίας.
ἢν δὲ μιγῇς ἰδίῃ θεραπαινίδι, τλῆθι καὶ αὐτὸς,
δοῦλος ἀναλλάγδην δμωΐδι γιγνόμενος.
εἰ δὲ καὶ ὀθνείῃ, τότε σοι νόμος αἶσχος ἀνάψει,
ὕβριν ἀνιχνεύων σώματος ἀλλοτρίου.

πάντ'

πάντ' ἄρα Διογένης ἔφυγεν τὰ δ᾽. τῷ δ' ὑμέναιον
ᾖδεν παλάμη, Λαΐδος οὐ χατέων.

ALCIATVS.

Quis Veneris mihi callis erit, meritoria quæram
Scorta? sed his pretium soluat oportet amans.
Virginis affecter'ne thorum? ducenda sed uxor
Illa erit, aut stupri pœna luenda mihi.
Cum gemitu florem si det uirguncula, duri
Quis ferat hac causa nominis ære premi?
Crimen adulterium est, nec uero insistit amori.
Nequitia in pueros estq; nephanda magis.
Sollicitant uiduam mœchi populariter. artes
Illa omnes Veneris callida, mente tenet.
Et si forte semel sapiens te admiserit, inde
Frustratur, causas inuenit usq; moræ.
Quod dedit atq; datum nollet, reliquiq; pudoris
Abs te diuortit deniq; facta memor.
Multa ferenda tibi propriæ ut misceberе seruæ,
Esse uolet domini nam domina illa sui.
Externæ placeat sectæ si fœmina, tum quæ
Hybrida uestigat lege notatus eris.
Recte Diogenes. spreta qui Laide, ductor
Ipse sui, digitis Hymena concinuit.

Μακεδονίου ὑπάτου.

Ἕλκος ἔχω τὸν ἔρωτα. ῥέει δέ μοι ἕλκεος ἰχὼρ
δάκρυον, ὠτειλῆς οὔποτε πειρομένης.

εἰμὶ καὶ ἐκ κακότητος ἀμήχανος. οὐδὲ μαχάων
ἤπιά μοι πάσσει φάρμακα δυομένῳ.
τήλεφός εἰμι κόρη. σὺ δὲ γίνεο πιστὸς ἀχιλλεύς.
κάλλει σῷ παῦσον τὸν πόθον, ὡς ἔβαλες.

C. VRS. VELIVS.

Hulcus amor nostrum est, lachrymæq; ex hulcere ma
Ceu sanies, usq; & uulneris ora madet. *(nant*
Atq; animum cura despondeo, & ipse Machaon
Nulla laboranti pharmaca grata ferat.
Aeacides fidus mihi, qui sum Thelephus, esto
Quam facis, & uultu cura leuanda tuo est.

Μακεδονίου ὑπάτου.

Τὴν Νιόβην κλαίουσαν ἰδών ποτε βουκόλος ἀνὴρ,
θάμβεεν, εἰ λείβειν δάκρυον οἶδε λίθος.
αὐτὰρ ἐμὲ στενάχοντα τόσης κατὰ νυκτὸς ὀμίχλην
ἔμπνοον εὐνὴ ὅπως οὐκ ἐλέαιρε λίθος.
Αἴτιος ἀμφοτέροισιν ἔρως, ὀχετηγὸς ἀνίης,
τῇ Νιόβῃ τεκέων, αὐτὰρ ἐμοί, παθέων.

Plorantem pastor Nioben quis forte uidebat,
Miratus lachrymis irriguum est lapidem.
O quoties longam traho per suspiria noctem,
Corytiam uiuum nec moueo lapidem.
Causa amor est luctus, nam utriq; rigamus ocellos,
Ob sobolem Niobe, ob sponsam ego Corytiam.

παύλου σιλεντιαρίου.

Ο πρὶν ἀμαλθάκτοισιν ἐνὶ φρεσὶν ἡδὺν ἐν ἥβῃ
οἰστροφόρου παφίης θεσμὸν ἀπειπάμενος.
γυιοβόροις βελέεσσιν ἀνέμβατος ὁ πρὶν ἐρώτων,
αὐχένα σοι κλίνω κύπρι μεσαιπόλιος. (κᾷς
δέξο με καγχαλόωσα, σοφὴν ὅτι παλλάδα νι
νῦν πλέον, ἢ τὸ πάρος μήλῳ ἐφ' ἑσπερίδων.

C. VRS VELIVS.

Acer eram & primis inuicta mente sub annis
Oestriferæ spreui dulcia iura deæ.
Mißilibus nec eram diris uiolandus amorum,
Qui tua nunc canus sub iuga uado Venus.
Suscipe ouans, tetrica uicta tibi Pallade ceßit
Quàm prius Hesperidum munere maior honos.

LVSCINIVS.

Qui potui iuuenis sapienter temnere leges
Quondam prædulces ô Venus alma tuas,
Spicula carniuorũm uitare edoctus amorum
En mea colla senex sub iuga mitto tua.
Victa iacet Pallas, magis hæc cape leta trophæa,
Aurea quàm pastor quum tibi mala dedit.

τοῦ αὐτοῦ.

Δικλίδας ἀμφετίναξεν ἐμοῖς γαλάτεια προσώποις
ἕσπερος, ὑβριστὴν μῦθον ἐπευξαμένη.
ὕβρις ἔρωτας ἔλυσε. μάτην ὅδε μῦθος ἀλᾶται.
ὕβρις ἐμὴν ἐρέθει μᾶλλον ἐρωμανίην.

ὤμοσα δὲ λυκάβαντα μένειν ἀπάνευθεν ἐκείνης.
  ὢ πόποι, ἀλλ᾽ ἱκέτης πρώϊος εὐθὺς ἔβην.

Ante meos Galatea fores occlusit ocellos
  Vespere, & addebat improba uerba simul.
Soluit amorem iniuria, falsum sed uetus hoc est
  Verbum, nam insanum plus me amor ipse facit.
Annum iuraui me illam contingere nolle,
  Adq; illam supplex, heu mihi, mane abij.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἡ σὸν ἔαρ φθινόπωρον ὑπέρτερον εἴαρος ἄλλης,
  χεῖμα σὸν ἀλλοτρίου θερμότερον θέρεος.

C. VRS. VELIVS.

Næ tuus alterius autumnus purpureum uer,
  Alterius messes & tua uincit hyems.

Ἀσκληπιάδου.

Τῷ θαλλῷ Διδύμη με συνήρπασεν. ὤμοι ἐγὼ δὲ
  τήκομαι ὡς κηρὸς πὰρ πυρὶ κάλλος ὁρῶν.
εἰ δὲ μέλαινα, τί τοῦτο; καὶ ἄνθρακες. ἀλλ᾽ ἂν ἐκεί(νους
  θάλψωμεν, λάμπουσ᾽ ὡς ῥόδεαι κάλυκες.

LVSCINIVS.

Heu Didyme totum rapuit me, soluor & igni
  Vt cera, insignem dum uideo faciem.
Nigra licet sit usq;, niger carbo est quoq;, dum mox
  Luceat, hæc baccas uincit amata rosæ.

Ἀγαθίου Σχολαστικοῦ.

Τί στενάχεις; φιλέω. τίνα; παρθένον. ἦ ῥά γε καλήν;

καλὴν

καλὴν ἡμετέροις ὄμμασι φαινομένην.
πῶς δέ μιν εἰσενόησας; ἐκ δὴ περὶ δεῖπνον ἐπελθὼν,
ζωῇ κεκλιμένην ἔδρακον ἐν στιβάδι.
ἐλπίζεις δὲ τυχεῖν; ναί, ναί, φίλος. ἀμφαδίην δὲ
οὐ ζητῶ φιλίην, ἀλλ' ὑποκλεπτομένην.
τὸν νόμιμον μᾶλλον φεύγεις γάμον; ἀτρεκὲς ἔγνων
ὅττι γε τῶν κτεάνων πουλὺ τὸ λειπόμενον.
ἔγνως. οὐ φιλέεις. ἐψεύσαο. πῶς δύναται γὰρ
ψυχὴ ἐρωμανέειν, ὀρθὰ λογιζομένη;

LVSCINIVS.

Quid gemis? Aeger amo. Num te capit oro uenusta et
Intacta? Hæc oculis credita credo meis.
Dic age, quis primum locus obtulit? Accubui iam
Cœnans communi iunctus amice thoro.
Et fouet ut habeas spes certa? Quid attinet isthuc
Scrutari? furtim dum licet ecce fruar.
Coniugij leges sic despicis? & male rebus
Consulis, hinc nasci scis quoq; pauperiem?
Noui. Mentiris, non diligis, qui poterit mens
Insanire, sequi dummodo recta uolet?

Μακεδονίου ὑπάτου.

Τῷ χρυσῷ τὸν ἔρωτα μετέρχομαι. οὐ γὰρ ἀρότρῳ
ἔργα μελισσάων γίγνεται, ἢ σκαπάνῃ.
ἀλλ' ἔαρι δροσερῷ. μέλιτος γέ μὲν ἀφρογενείης
ὁ χρυσὸς πλέθει ποικίλος ἐργατίνης.

LVSCINIVS.

Mollis amor fuluo melius tentabitur auro,
    Mellaq; non uomer, nec ligo flaua facit.
At tepor urget apes in roscida prata, sequetur
    Mox quoq; prædulces Cypria dulcis opes.

Τοῦ αὐτοῦ. (σας,
παρμενὶς οὐκ ἔργῳ. τὸ μὲν οὔνομα καλὸν ἀκοῦ
ᾠϊσάμην. σὺ δέ μοι πικροτέρη θανάτου.
καὶ φεύγεις φιλέοντα, καὶ οὐ φιλέοντα διώκεις,
ὄφρα πάλιν κεῖνον καὶ φιλέοντα φύγῃς.

LVSCINIVS.

Nomen habes prædulce quidē mea Parmenis, at mors
    Moribus haud fuerit tristior ipsa tuis.
Nam fugis hunc quisquis te deperit, & sequeris non
    Curantem, donec mox fugias cupidum.

Φιλοδήμου. οἱ δὲ Πλάτωνος. (σον
Μῆλον ἐγώ. βάλλει με φιλῶν σέ τις. ἀλλ᾽ ἐπίνευ
Ξανθίππη. κἀγὼ, καὶ σὺ, μαραινόμεθα.

LAER. INTERP.

Malum ego, me mittit, qui te succenditur unus,
    Annue Xanthippe, linquit utrunq; decor.

BENTINVS.

Malum ego, me iaculatur, amat qui te: annue quæso
    Xanthippe, tibi mox nam & mihi forma perit.

Τοῦ αὐτοῦ.
Τῷ μήλῳ βάλλω σε, σὺ δ᾽ εἰ μὲν ἑκοῦσα φιλεῖς με
δεξαμένη τῆς σῆς παρθενίης μετάδος.

εἰ δ᾽

εἰ δ' ἄρ', ὃ μὴ γένοιτο, νοεῖ, τοῦτ' αὐτὸ λαβοῦσα
σκέψαι τὴν ὥραν ὡς ὀλιγοχρόνιος.

INTERP. LAERTII.

Malo ego te ferio, cape si sum gratus amator,
Et me participem uirginitatis habe.
Sin fieri dubitas hoc ipsum, mente reuolue
Suspiciens formæ quàm breue tempus inest,

BENTINVS.

Malo ego te ferio, tu si me diligis, illud
Suscipe, & me imparti uirginitate tua.
Hoc fieri si posse negas, hoc suscipe malum, &
Quàm pereat paruo tempore forma uide.

τοῦ αὐτοῦ.

Ηράσθης πλουτῶν Σωσίκρατες. ἀλλὰ πένης ὢν,
οὐκ ἔτ' ἐρᾷς. λιμὸς φάρμακον οἷον ἔχει.
ἡ δὲ πάρος σε καλοῦσα μύρον, καὶ τερπνὸν ἄδω
Μηνοφίλα, νῦν τοι τοὔνομα πυνθάνεται. (νυν
τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις; ἦ μόλις
τοῦτ' ἔγνως, ὡς οὐδεὶς οὐδὲν ἔχοντι φίλος. (ἔγνως

C. VRS. VELIVS.

Diues amabaris, modò nec Sosicrates ullam
Pauper amas, uis est qualis in esurie.
Quæ te delitias dulcemq; uocauit Adonim
Menophile, nomen nunc rogat illa tuum.
Vnde hominum? cuias? quæ patria? iam uetus illud
Non nescis, inopi nullus amicus adest.

LVSCINIVS.

Dira fames quid non moliris? amarier olim
Qui poteras diues, pauper amore uacas.
Ipsa tuum nomen Sosicrates, albus Adonis
Cui fueras, nescit, dulceq; delitium.
Quis? cuias hominũ? quæ patria? iam uetus hoc est.
Notus nemo inopi, nullus amicus erit.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Εἰμὶ μὲν οὐ φιλόοινος. ὅταν δ' ἐθέλῃς με μεθύσσαι,
πρῶτα σὺ γευομένη πρόσφερε, καὶ δέχομαι.
εἰ γὰρ ἐπιψαύσεις τοῖς χείλεσιν, οὐκ ἔτι νήφειν
εὐμαρὲς, οὐδὲ φυγεῖν τὸν γλυκὺν οἰνοχόον.
πορθμεύει γὰρ ἔμοιγε κύλιξ παρὰ σοῦ τὸ φίλημα,
καί μοι ἀπαγγέλλει τὴν χάριν, ἣν ἔλαβεν.

Non ego pocula amo, si uis sed ut ebrius extem,
Tu mihi degustans præbibe, & accipiam.
Et saltem continge labris, quis sobrius esse, aut
Te infundente uelit linquere dulce merum?
Nanq; calix transfert immersa sibi oscula, dicens
Accipe, quæ nobis basia amica dedit.

Μελεάγρου.

Δεινὸς ἔρως, δεινός. τί δὲ τὸ πλέον; ἢν πάλιν εἴπω,
καὶ πάλιν οἰμώζων, πολλάκι δεινὸς ἔρως;
ἦ γὰρ ὁ παῖς τούτοισι γελᾷ. καὶ πυκνὰ κακισθεὶς
ἥδεται. ἢν δ' εἴπω λοίδορα, καὶ τρέφεται.

θαῦμα

θαῦμα δέ μοι, πῶς ἄρα διὰ γλαυκοῖο φανεῖσα
κύματος, ἐξ ὑγροῦ Κύπρι σύ, πῦρ τέτοκας.

VELIVS.

Sæuus amor sæuus: quid tum, si talia mœrens
Conquerar, atq; iterum talia sæuus amor?
Conuitia ista puer nimirum ridet, & ipsis
Gaudet, & insultat iurgia si qua loquar.
Ast ego demiror glauco Venus ædita ponto,
Qui flammam ex unda progenerasse potes.

τοῦ αὐτοῦ.

τί ξένον, εἰ βροτολοιγὸς ἔρως τὰ πυρίπνοα τόξα
βάλλει, καὶ λαμυροῖς ὄμμασι πυκνὰ γελᾷ;
οὐ μήτηρ στέργει μὲν ἄρη, γαμέτις δὲ τέτυκται
ἡφαίστου, κοινὴ καὶ πυρὶ, καὶ ξίφεσιν;
μητρὸς δ' οὐ μήτηρ ἀνέμων μάστιξι θάλασσα
τρηχὺ βοᾷ; γενέτης δ' οὔτε τις, οὔτε τίνος;
τοὔνεκεν ἡφαίστου μὲν ἔχει φλόγα, κύμασι δ' ὀρ
στέρξεν ἴσην, ἄρεος δ' αἱματόφυρτα βέλη. (γὰς

C. VRS. VELIVS.

Tela nihil mirum si letifer ignea torquet
Illicibusq; oculis usq; lubescit amor.
An non Martem amat, & non est Vulcania coniux
Mater, & hinc ferrum tractat & inde focum?
Nónne mare est huius, uentorum uerbere, mater
Vasta fremens, genitor nemo, nec alterius?
Quare Mulciberi flammam dea, fluctibus iram

Aequam amat, & Martis tela cruenta gerit.

LVSCINIVS.

Quid mirum crudelis Amor si spicula uerset
Ignea, nec risu temperet immodico?
Num genitrix Marti communis, Mulciberoq́;,
Ensibus & flammis gaudia magna capit?
Mater huic nunquid fuit & mare flatibus horrens,
Maiorumq́; refert stemmata clara puer?
Vulcani est ignis, pelagi furor additus iræ,
Telaq́; Gradiui sanguinolenta patris.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ μὲν γηράσκει τὸ καλὸν, μετάδος πρὶν ἀπέλθῃ.
εἰ δὲ μένει, τί φοβῇ τοῦθ' ὃ μένει διδόναι;

C. VRS. VELIVS.

Si perit, impartire prius quàm forma senescat.
Sin manet, an dubitas id dare quod remanet?

Ἀσκληπιάδου.

Λύχνε, σὲ γὰρ παρεοῦσα τρὶς ὤμοσεν Ἡράκλεια
ἥξειν. κοὐχ ἥκει. λύχνε, σὺ δ' εἰ θεὸς εἶ,
τὴν δολίην ἐπάμυνον. ὅταν φίλον ἔνδον ἔχουσα
παίζῃ, ἀποσβεσθεὶς, μηκέτι φῶς πάρεχε.

MORVS.

Lychne reuersuram ter te iurauit amica.
Nec redit, ô pœnas det tibi, si deus es.
Ludenti quum nocte places, extinguere. & aufer
Tam sacra tam sacris lumina luminibus.

ῥουφίνου.

Παλλὰς ἐσαθρήσασα, καὶ Ἥρη χρυσοπέδιλος
Μαιονίην, ἐκ κραδίης ἴαχον ἀμφότεραι,
οὐκ ἔτι γυμνούμεσθα. κρίσις μία ποιμένος ἀρκεῖ.
οὐ καλὸν ἡττᾶσθαι δὶς περὶ καλλοσύνης.

C. VRS. VELIVS.

Mæonin intuitæ sors Pallas, & aurea Iuno
Hanc imo uocem è pectore protulerant:
Sat nudas cecidisse semel, damnante bubulco,
Turpe bis ob speciem succubuisse foret.

ALCIATVS.

Flaua oculos Pallas, & talis aurea Iuno
Nostram conspiciens utraq; dixit heram.
Non est quod nudas nos Phryx dijudicet, actum
De forma, ne lex amplius inquit agas.

Τοῦ αὐτοῦ. (ἀκμὴν,

Κάλλος ἔχεις Κύπριδος. πειθοῦς στόμα. σῶμα τε
εἰαρινῶν ὡρῶν. φθέγμα δὲ, Καλλιόπης.
νοῦν, καὶ σωφροσύνην, θέμιδος, καὶ χεῖρας ἀθήνης.
σὺν σοὶ δ' αἱ χάριτες, τέσσαρές εἰσι φίλαι.

[illegible]S.

Forma tibi est Veneris, Suadæ labrũ, amabile corpus
Vernarum horarum, sermoq; Calliopes.
Sobrietas & mens Themidis sunt, Palladis artus,
Atq; inter Charites tu mihi quarta Charis.

ALCIATVS.

Forma tibi Veneris, Suadæ facundia, pubes

Vernantis floris, Musaq; Calliope est.
Est Themidis probitas & mens, sunt Palladis ulnæ,
Adsunt quum Charites, quarta uidere Charis.

τοῦ αὐτοῦ.

Ὥπλισμαι πρὸς ἔρωτα περὶ στέρνοισι λογισμόν,
οὐδέ με νικήσει μοῦνος ἐὼν πρὸς ἕνα.
θνατὸς δ᾽ ἀθανάτῳ συνελεύσομαι. ἢν δὲ βοηθὸν
βάκχον ἔχῃ, τί ποιεῖν πρὸς δύ᾽ ἐγὼ δύναμαι.

VELIVS.

Ex animo armatus ratione reluctor amori,
Non unum contra uictor hic unus erit.
Mortalis pugnabo deo, quem sicubi Bacchus
Iuuerit, aduersus quid faciam ipse duos?

LVSCINIVS.

Dum ratione potens, armis inuado puellum
Cypridis, à solo uictor abire parans,
Fallor mortalis cum Numine, cumq; Lyæo
Pugnando, Diuos quis ferat oro duos?

τοῦ αὐτοῦ.

Ὄμματ᾽ ἔχεις ἥρης Μελίτη, τὰς χεῖρας ἀθήνης,
τοὺς μαζοὺς παφίης. τὰ σφυρὰ τῆς θέτιδος.
εὐδαίμων ὁ βλέπων σε, τρισόλβιος ὅς τις ἀκούει,
ἡμίθεος δ᾽ ὁ φιλῶν. ἀθάνατος δ᾽ ὁ συνών.

VELIVS.

Lumina Iunonis Melite, digitosq; Mineruæ,
Pectus habes Paphies, Nereidosq; pedes.
Felix te quicunq; uidet, felicior audit,

Basia semidei, cætera facta dei.

ALCIATVS.

Quæ dignos Iunone oculos, & Pallade palmas,
Quæ Thetidis plantas, Cypridis ora tenes.
Felix te aspiciens, ter plus cui gratia fandi est.
Vincit amans homines, uincit agens superos.

Λουκιλλίου.

Ἢ τὸ φιλεῖν περίγραψον ἔρως ὅλον, ἢ τὸ φιλεῖσθαι
πρόσθες, ἵν ἢ λύσῃς τὸν πόθον ἢ κεράσῃς.

~~[illegible]~~

Fac ut amer rursus, nostrum uel tu aufer amorem,
Vel mixtus, uel sit malo solutus amor.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἤρισαν ἀλλήλαις, ῥοδόπη, Μελίτη, ῥοδόκλεια,
τῶν τρισσῶν τίς ἔχει κάλλος ἀρειότερον.
καί με κριτὴν εἵλοντο. καὶ ὡς θεαὶ αἱ περίβλεπτοι,
ἔστησαν οἴῳ νέκταρι λειπόμεναι. (δώς,
ἀλλὰ σαφῶς ἃ πέπονθε πάρις διὰ τὴν κρίσιν εἰ-
τὰς τρεῖς ἀθανάτους εὐθὺ συνεστεφάνουν.

LVSCINIVS.

Contendere simul Rhodope, Melite, Rhodaclia,
Quæ decus exuperet pulchrior una trium.
Lectus formarum spectator & arbiter idem,
Ambrosia dignas tunc ego cerno deas.
Disparis & recolens quæ fata acceperit olim
Iudicio, cinxi tempora fronde tribus.

Ec

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ μὲν ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἔρως ἴσα τόξα τιταίνεις
εἶ θεός, εἰ δὲ ῥέπεις πρὸς μέρος, οὐ θεὸς εἶ.

BORNARIVS.

Sæue puer credêre deus, si tela in utrunq;
Emittis, sed non si petis alterutrum.

Ουέσου.

Οὔτέ με παρθενικῆς τέρπει γάμος, οὔτε γεραιῆς.
τὴν μὲν, ἐποικτείρω. τὴν δὲ καταιδέομαι.
εἴη μήτ' ὄμφαξ, μήτ' ἀσταφίς. ἡ δὲ πέπειρος,
ἐς κύπριδος θαλάμους ὥρια καλλοσύνη.

VELIVS.

Non ego uel uetulæ tangor, uel amore puellæ,
Illius miseret prorsus, at hanc ueneror.
Vua nec agrestis, nec passa, sed aucta iuuabit,
Maturæ Paphies aptaq; forma thoro est.

Βασσοῦ.

Οὐ μέλλω ῥεύσειν, χρυσός ποτε. βοῦς δ' ἄλλος γένοιτο
ἄλλος, χὼ μελίθροος κύκνος ἐπ' ἠιόνος.
Ζηνὶ φυλασσέσθω τάδε παίγνια. τῇ δὲ Κορίννῃ
τοὺς ὀβολοὺς δώσω τοὺς δύο, κοὐ πέτομαι.

VELIVS.

Non aurum in pluuium uertar, bos alter & udo
Dulciter argutus littore fiat olor.
Ista Ioui curæ sint ludicra, non opus alis
Est mihi, quum cœpit æra Corynna duo.

LVSCINIVS.

Esto alius pluuium sit qui uertatur in aurum,
Induat inde bouem, littore cantet olor.
Ludicra sunt Iouis hæc, doceat me nemo uolare
Quando obolis constat blanda Venus geminis.

Αδηλον.

Νῦν μοι χαῖρε λέγεις, ὅτε σου τὸ πρόσωπον ἀπῆλ (θεν
κεῖνο τὸ τῆς λύγδου, βάσκανε, λειότερον.
νῦν μοι προσπαίζεις, ὅτε τὰς τρίχας ἠφάνικάς σου
τὰς ἐπὶ τοῖς σοβαροῖς αὐχέσι πλαζομένας.
μηκέτι μοι μετέωρε προσέρχεο, μὴ δὲ συνάντα.
ἀντὶ ῥόδου γὰρ ἐγὼ τὴν βάτον οὐ δέχομαι.

VELIVS.

Nunc tua quum perijt facies ingrata salutas,
Illa quidem Lygdo tersa nitensq; magis.
Nunc ultro arrides, postquam ceruice superba
Olim quassatæ deperiere comæ.
Ne mihi nunc elata ueni, né ue obuius ito.
Horrida decerptis quò mihi spina rosis?

Αδηλον.

χαῖρε κόρη. καὶ δὴ σύ. τίς ἡ προσιοῦσα; τί πρὸς σέ;
οὐκ ἀλόγως ζητῶ. δεσπότις ἡμετέρη.
ἐλπίζειν ἔξεστι; ζητεῖς δὲ τί; νύκτα. φέρεις τί;
χρυσίον. εὐθύμει. καὶ τόσον; οὐ δύναμαι.

~~LVSCINIVS.~~

Salue uirgo. & tu. quæ est huc ueniens? quid id ad te?
Non temere id rogo nunc. est domina illa mea.

Num sperare licet? quid? noctem. tu mihi fers quid?
Aurum. confidas. tantum etiam? id nequeo.

Παύλου Σιλεντιαρίου,

χρύσεος ἀψαύστοιο διέτμαγεν ἅμμα κορείας
Ζεύς, διαδὺς Δανάας χαλκελάτους θαλάμους.
φαμὶ λέγειν τὸν μῦθον ἐγὼ τάδε, χάλκεα νικᾷ
δάπεδα καὶ δεσμοὺς χρυσὸς ὁ πανδαμάτωρ.
χρυσὸς, ὅλους ῥυτῆρας, ὅλας κληῗδας ἐλέγχει.
χρυσὸς ἐπιγνάμπτει τὰς σοβαροβλεφάρους.
καὶ Δανάας ἐλύγωσεν ὅδε φρένα. μή τις ἐραστὰς
λισσέσθω Παφίαν, ἀργύριον προέχων.

Iuppiter illapsus per ferrea tecta, puellam
Aureus intactam fregit amore sui.
Fundamenta potest aurum perrumpere, fultum
Ferrea, quod rerum perdomat omne genus.
Aurum dissoluit duro connexa labore.
Flectitur atq; auro foemina compta dato.
Sic Danaë cessit, ualeat Cytherea, precesq;.
Fidito, nummatus quisquis amator eris.

Ἀντιπάτρου Θεσσαλονικέως.

Ὁ Ζεὺς τὴν Δανάην, χρυσοῦ. κἀγὼ δέ σε, χρυσοῦ.
πλείονα γὰρ δοῦναι τοῦ Διὸς οὐ δύναμαι.

IO. SLEIDANVS.

Iuppiter ut Danaën, sic te quoq; fallimus auro,
Nam Ioue non possum splendidiora dare.

Ἰουλιανοῦ

Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου.

Στέφος πλέκων ποθ', εὗρον
ἐν τοῖς ῥόδοις ἔρωτα.
καὶ τῶν πτερῶν κατασχὼν,
ἐβάπτισ' εἰς τὸν οἶνον.
λαβὼν δ' ἔπιθον αὐτόν.
καὶ νῦν ἔσω μελῶν μου,
πτεροῖσι γαργαλίζει.

~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

Ἀδήλου.

Μισῶ τὴν ἀφελῆ, μισῶ τὴν σώφρονα λίαν.
ἡ μὲν γὰρ βραδέως, ἡ δὲ θέλει ταχέως.

~~CORNARIVS.~~

Simplicem ego nolo, expertam quoq; nolo puellam.
Altera festina est, altera tarda nimis.

Μάρκου ἀργενταρίου.

Παρθένον Ἀλκίππην ἐφίλουν μέγα. καί ποτε πεί(σας,
αὐτὴν λαθριδίως εἶχον ἐπὶ κλισίῃ.
ἀμφοτέρων δὲ στέρνον ἐπάλλετο μή τις ἐπέλθῃ,

μή τις ἴδῃ τὰ πόθων κρυπτὰ πρωιαίτερον.
μητέρα δ' οὐκ ἔλαθον κείνης λάλ). ἀλλ' ἐσιδοῦσα
ἐξαπίνης, ἑρμῆς κ ινὸς ἔφη θύγατερ.

ALCIATVS.

Persuasam eloquio nostra inter fulcra puellam
Corripuit magno tacta dolore parens.
Mox conuersa ad me, nec tu impunitus abibis,
Dixit, communis sit face Mercurius.

Ἄδηλον.

φεύγειν δὴ τὸν ἔρωτα, κενὸς πόνος. οὐ γὰρ ἀλύξω
πεζὸς ὑπὸ πτηνοῦ, πυκνὰ διωκόμενος.

[illegible]S.

Irritus ille labor, fugere ah quid nitor amorem,
Nam peditem alatus strennuus insequitur.

Ἄδηλον.

Εἰ τοὺς ἐν πελάγει σώζεις κύπρι κἀμὲ τὸν ἐν γῇ
ναυηγὸν φιλίης, σῶσον ἀπολλύμενον.

[illegible]VS.

Si in pelago seruas pereuntes, me quoq; terris
Alma precor serua naufragum amore Venus.

FINIS EORVM QVAE EX LIBRO SEPTIMO.

~~BASILEAE~~ APVD ~~IO.~~
~~BEBELIVM~~ AN.
M. D. XXIX.

LECTIONEM VITIATAM SIC CORRIGE.

Pag. 16. *linea 6. lege* ὁ κύων.

Pag. 36. *linea penult. lege* [illegible].

Pag. 37. *linea antepenultima, lege Luscinius.*

Pag. 56. *post lineam sextam deest uersus hic,*

Paruula fax olli, sed & ipsum hyperiona uincit.

Pag. 103. *lin. 16. lege,*

E tauro nascuntur apes, uespaq; caballo.

Pag. 104. *lin. penult. pro Ede, bibe, lege Viue, bibe,*

Pag. 139. *lin. 15. pro huic, lege hunc.*

Pag. 150. *linea 13. lege,*

Nesimus arte pugil, consultum adeunt ad Olympū.

Pag. 175. *post lineam 19. insere hoc distichon,*

Marce Iouem saxū tetigisti here clinice, quidnā hoc?

Ecce hodie effertur Iuppiter atq; lapis.

Pag. 206. *lin. 5. lege,*

Omnis, cernuntur nauiculam ante tuam.

Pag. 209. *lin. 16. pro dispares, lege hinc excipis.*

Pag. 279. *lin. .. lege, audet Achiuus inertem.*


PALMA
BEB.